STATVTA NOBILIS ARTIS
AGRICVLTVRAE
V R B I S

Edita à Nobilibus viris Gregorio Serlupio, Lentulo de Lentulis, Cæsare Muto, & Euangelista Fabio, olim Consulibus eiusdem Artis.

Nunc denuò imprimi curantibus Nobilibus viris Laurentio Alterio, Mario de Rubeis, Horatio Manilio, & Benedicto Cecchino eiusdem Artis Consulibus.

AD EXCELLENTISSIMVM D.

CAROLVM BARBERINVM.

Quibus etiam præter Gratias, ac Priuilegia per Sixtum IIII. Iulium II. Clem. VII. & Pium V. Pont. Max. eidem Arti concessa, alia Clem. VIII. & Pauli V. cum aliquibus S. Rot. Rom. Decisionibus hac vltima editione adiecta sunt.

Cum Annotationibus D. Fuluij Fuluij Benigni I. C. & Aduocati Romani.



R O M AE,

Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. M. DC. XXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

CAROLO BARBERINO VRBANI OCTAVI PONTIFICIS FRATRI

Summo rei militaris, & copiarum omnium in Pontificia ditione Præfecto.

ANDREAS BROGIOTTVS F.

HÆC etiam, id mihi summopere cupienti, vltro, volensq. sese tradit in manus oportunitas, vt quemadmodum Illustriss. Card. Barberino filio tuo alia inscripsi librorum volumina, quæ mea vulgata sunt opera, sic in præsentia dicare tuo merito debeam has Romani fori sanctiones ac leges, quibus omnis tenetur agricultura, & sationis, ac rei rusticæ tota regitur ratio. Neque verò, quòd armorum Præfecto, & Communibus omnium Prouinciarum negotijs occupatissimo Principi libellum hunc obtrudere non dubitem, insimulandus audaciæ, aut de temeritate, vel inconsiderantia postulandus ab alio sim, nisi ab eo qui nesciat, & in antiquorũ monumentis haud vmquam legerit quàm excellentium virorum non dico cura, sed manibus ac labore cultus olim fuerit ager, atque ad publicam, priuatamq. commoditatem exercitus. Principum

hæc ars, & ſtudium ſemper fuit, non Perſarum, & externorum modò, ſed Romanorum etiam, eorumq. potiſsimum, qui faſces ac bella tractabant, gaudente interim terra, vt ait *ille*, laureato vomere, ac triumphali aratore. Nimirum intelligebant, ex agricultura tanquam ex Amaltheæ cornu efflorefcere ac pendere copiam illam, quæ ciuitatibus annonam in pace, militibus commeatum in bello caſtriſq. ſuppeditat. Sapienter adeò feciſſe videntur ij, qui te, tantum ac talem virum, arationi, vniuerſæq agrorum culturæ Tutorem, Defenſoremq poſtularunt, nihil veriti, ne communibus incommodarent rebus, cum tibi curam traderent Reip. qua in pacis otio, qua in belli negotio maximè ſalutarem. Quæ me ratio facilius impulit, vt huius quoque libri tutelam tuæ fidei, authoritatiq. committendam putarem. neque enim rationi conſentaneum videbatur; vt cum pulcherrimi operis, hoc eſt agriculturæ patrocinium ſuſcepiſſes, liber, qui agriculturæ leges, & ſcita deſcribit, in alterius clientelam, defenſionemq. traderetur. Oſtendes igitur, vt ſpero, tibi gratiſsimum eſſe quod tàm iuſto nomine debetur excellentiæ nominis tui, meq. cum hoc munuſculo ad te venientem ea benignitate ſuſcipies, quæ patet etiam ignotis, & mihi quotidiano iam vſu, ac diuturno tempore comprobatur. Vale.

IN STATVTA
NOBILIS ARTIS
AGRICVLTVRAE VRBIS.

QVONIAM, variante natura, noui, & inauditi casus, vt rerum magistra docet experientia, nouo auxilio indigentes, nouarumq. legum caussas præbentes, quotidiè emergunt; quibus nisi oportunè consulatur, profectò regimina in deterius laberentur: ideò maiorum nostrorum, quorum præcipua cura, & maxima gloria in Agrorum cultura versata est, vestigijs inhærentes, quando nobiles Domini Gregorius Serlupius, Lentulus de Lentulis, Cæsar Mutus, & Euangelista Fabius, tunc Consules insignis Artis Agriculturæ Vrbis, matura consideratione præhabita, de consilio pariter, & assensu nobilium virorum, Dominorum Iacobi Muti, Hieronymi Maffei, Francisci Pichi, Cincij Frangepani, Antonij Maximi, & Tiberij Nari ad infrascripta peragenda à generali Congregatione Artis deputatorum, ac etiam aliorum peritorum conciuium colloquio, & consilio adhibito, antiqua Statuta nobilis Artis Agriculturæ Vrbis, propter temporum, & morum mutationes ferè inutilia effecta, abrogauerunt; alia noua commodiora, vtiliora, & difficultates tunc passim occurrentes terminantia, condiderunt. Nos igitur Rutilius Arberi nus, Petrus Paulus de Fabijs, Angelus Albertonus, & Pompeius Gottifredus, ad præsens Consules dictæ Artis, illorum confirmationem, auctoritatem, obseruationem, & manutentionem à Sanctiss. D.N.D. Pio diuina prouidentia Papa V. eiusq. Sancta Sede Apostolica humiliter, & instantissimè ante omnia petendam fore decreuimus. Quapropter S.S. deuotè oramus, vt infrascripta Statuta, ad commodum, & vtilitatem Vrbis digesta, sua auctoritate confirmet, & confirmata à quibuscumque Iudicibus, & Magistratibus Vrbis, cęterisq. personis obseruari mandet, & faciat, quibuscumque non obstantibus.

INDEX CAPITVM

De

a 2

De

STA-

STATVTA
Nobilis Artis
AGRICVLTVRAE
VRBIS.

a De Officio [a] Consulum. Cap. I.

IN Primis antiqua Statuta, reformationes, consuetudines, & stylum, hactenus factas, & obseruatas, cassantes, & annullantes, statuimus, & ordinamus, quod in dicta Arte sint, & esse debeant [b] quattuor viri nobiles Consules de hominibus dictæ Artis, quorum officium duret sex mensibus integris, incipiendis prima mensis Decembris, & proximo trimestri sorte ex bussula extrahantur duo alij Consules, qui vna cum duobus ex primis quattuor Consulibus sequenti trimestri Consulatum gerant, & officium exerceant: & deinde singulis trimestribus alij bini extrahantur, qui vnà cum duobus nouissimis proximo trimestri extractis teneantur huiusmodi officium actualiter exercere, ac pro viribus [c] nobilem Artem Agriculturæ augere, hominesq; Artis huiusmodi in pace tenere, & regere, necnon iustitiam in eorum Curia [d] litigantibus, & ipsorum officium implorantibus, facere, & ministrare, processus,

causas, & sententias facere, & expedire, ferre, ac terminare, repertos culpabiles condemnare, & punire, ac innocentes absoluere, & liberare, pœnas, & condemnationes à condemnatis exigere, præsentiaque Statuta, & alia, quæ ad commodum & vtilitatem dictæ Artis fieri contigerint, obseruare & facere; & ea omnia, quæ ad dictum officium nouerint pertinere, expedire, & de prædictis, alijsq. omnibus in præsenti Statutorum volumine contentis obseruãdis, in principio eorum officij teneantur præstare in forma debita iuramentum, in manibus Defensorum, & potestatem habeant, in omnibus & de omnibus, quæ ad dictam Artem pertinent, procedendi, & processum faciendi, & ordinandi, ac decidendi, definiendi, & terminandi pœnas Statutarias secundùm formam Statutorum infrascriptorum, & grauamina contra contumaces citatos, vsque ad quantitatem duorum scutorum concedendi, & cõmittendi, proclamata, siue bannimenta cum pœnis vsque ad quantitatem quingentorũ scutorum auri edicendi, publicandi, imponendi, & exigendi, inobedientes eis in dicto officio grauandi, capiendi, arrestandi, carcerandi, & detinendi, ac ipsos, cum eis videbitur, relaxandi, & liberandi: ita tamen, quod condemnationem factam de pœna aliqua, ad Cameram dictæ Artis pertinente, & applicata, alicui remittere non valeant, nisi in Consulatu duo essent Consules præsentes concordes, & casu, quo duo concordes, & præsentes essent, tale medietatem condemnationis huiusmodi, & nõ vltra, gratiosè remittere possint. Et si essent tres, aut quattuor Consules in Consulatu, maior pars eorum non vltra medietatem dictæ condemnationis remittere, vt supra possint: qui Consules emolumenta à Camerario Vrbis habere debeant. Finito verò eorum officio, de eorum gestis, & administratis ratio exquiri debeat per Syndicos eligendos, vt infra.

ANNOTATIONES.

a De officio Consulum.) Quod olim exactis Regibus esset officium, & potestas Consulum, refert Liu. lib. 1. in fin. & lib. 2. & habes in l. 2. §. 8. ff. de Orig. Iur. Quod in caput Ciuium animaduerterent, ius in omnibus dicerent, de fideicommissarijs libertatibus cognoscerent l. 3. in fin. ff. de alim. leg. Inst. de fidei com. liber. in principio. Quantum verò paulatim diminuta sit eorum auctori-

toritas, refert Sigon. de Antiq. Iur. Rom. c. 20. Hotoman. de Magistr. Rom. in verb. Consules: & colligitur ex iis, quæ habentur toto tit. ff. de off. Consul. Vide Menoch. de Arbitr. Iud. Cas. 68. num. 18. qui igitur benè consulet, Consulis habebit officium. l. 2. §. exactis ff de Orig. Iur.

b Quatuor viri.) Sed cuius ætatis? Dic ad minus annorum viginti. arg. l. cum lege ff. de Arbitr. l. quidam consulebant, ff. de Re Iud. c. cum vigesimum, extr. de off. deleg. Salicet. in l. fin. in fin. C. de Iurisd. omn. Iud. sequitur Benuen. Strach. in tract. de Mercatur. in 2. particul. 3. part. num. 30. Licet olim nemo Consul fieret ante quadragesimum tertium annum, vt refert Cantiuncul. in tract. de off. Iud. cap. 30. num. 17. quamuis etiam de Iunioribus legamus apud Plutarch. & Salust.

c Nobilem.) De cuius nobilitate quia longum est tractare, ideo vide (cum occurret) Guid. Pap. q. 41. & 196. & 392. Plin. lib. 18. cap. 3. Ægid. Thom. in tract. de Collect. in verb. Nobilitas, nu. 3. latiss. Tiraq in tract. de Nobil. cap. 32. num. 10. & seqq. vbi etiam de Priuilegiis Agricultorum, de quibus vide etiam Cassan. in Catalog. Glor. Mund. part. 11. consid. 37.

d Litigantibus.) super rebus ad Agriculturam spectantibus Bal. in l. 3. §. eo modo ff. Naut. Caup. Stab. Benuen. de Mercat. d. loco num. 10. & clarius habetur inf. cap. 22. Nisi ex longa consuetudine cognouissent etiam causas extra negotium Agriculturæ, Rom. consil. 30. Omnip. Dei. Quia consuetudo tribuit iurisdictionem, c. cum contingat, de for. comp. c. Romana de pœn. in 6. l. fin. ff de Aqua pluu. arcen. l. viros, C. de diuers. off. l. 12. Et habui in facto in Ciuitate Fulginei, dum ibi essem Locumtenens, vbi Præsidentes Nundinarum cognoscunt etiam de causis ad nundinas non pertinentibus, ex quodam inueterato stylo, &, vt ipsi aiunt, consuetudine, qui potius abusus dici potest. Facit tamen ad fauorem ipsorum decis. Genuæ 28. num. 6. licèt sic intelligenda vbi partes se subiiciunt eorum iurisdictioni. Vel nisi hoc mandaret Statutum, quod tamen debet esse à superiore confirmatum, aliàs non tenet, Aret. cons. 33. numer. 1. & cons. 44. num. 2. Rol. à Val. cons. 92. num. 9. l. 3.

e Iuramentum.) Prout alij Magistratus etiam de iure communi iurare tenentur, & de Consulibus habes in cap. 1. §. Consules de pac. tenen. Bart. in l. Publius,

* ff. de condit. & demonstr. Boer. in tract. de Custod. Clau. nu. 53. Strach. de Mercat. in 2. partic. 3. par. nu. 31. vbi de forma huius iuramenti, & dicam inf. cap. 13.

f Proclamata.) Et quod possint citare per edicta Bal. in l. cessante num. 4. C. quom. & quand. Iud. dummodo citationes non affigantur, nisi valuis eorum Auditorij, vt inf. dicemus cap. 30. 31. & 32. & tradit Anconit. de Mercat. in 2. partic. vlt. par. num. 33.

De officio a Defensorum. Cap. 11.

Item quod singulo anno quattuor viri nobiles de Arte prædicta creentur, qui sint, & esse debeant Defensores Statutorum, & Artis huiusmodi, illamq; defendere, & augere pro posse teneantur; ac omnes artis officiales iudicare: & eorum electio

 fiat

fiat de mense Decembri in Consulatu, vocata congregatione generali per Mand. Cu. Cap. do. dimissis copijs, & congregati debeant [b] eorum votum secretè Notario Artis tradere: & qui habuerit vltra medietatem votorum [c], ille sit Defensor: & successiuè simili modo descendatur ad alium vsque ad numerum quattuor: & ita anno [d] quolibet electio fieri debeat, electiq; teneantur præstare iuramentum in manibus Consulum de prædictis seruandis: & eorum officium prima Ianuarij [e] cuiuslibet anni incipere debeat, qui emolumenta æque ac Consules habeant.

ANNOTATIONES.

a De officio Defensorum.) Defensores olim fiebant interuenientibus Episcopo, clero, & decurionibus. l. defensores, & l. defensorib. & toto tt. de defens. Ciuit. vnde parentes plebis appellabantur l. 4. C. eo. & defensores plebis l. 4. C. de off. Iurisd. Alex. Quam iurisdictionem olim haberent, collige ex toto titulo C. eo. & quam de iure authenticorum, habes in Auth. de defensor. ciuit. & latè ponit Cantiunc. de off. iud. cap. 3. num. 18. l. 2. & similes defensores eligi mandat Stat. vrb. l. 3. cap. 15.

b Debeant.) Quod verb. à Statuto prolatum importat necessitatem, & ideò censetur dare formam, Felin. & alij in cap. dilecti num. 16. extra de Rescript. Marsil. cons. 117. num. 19. Bertazzol. cons. ciuil. 99. num. 2. l. 1. & cons. crim. 83. num. 1. l. 1. Quæ forma in electionibus est seruanda, aliàs electio est nulla. Bart. in l. actuarios C. de Num. Actuar. l. 12. Barbat. cons. 46. num. 15. l. 3.

c Medietatem votorum.) De quo modo eligendi vide latiss. Franc. Marc. 9. Delfin. 279. l. 1.

d Anno quolibet.) Durabant olim quinquennio defensores. l. in defensores C. de defens. ciuit. & de iure auth. postea biennio. §. iusiurandum, auth. de defens. ciuit. Afflict. super Constit. Regn. l. 1. Rubr. 92. num. 9. Ann. in sua praxi. Iud. par. 2. §. 4. cap. 2. num. 6.

e Prima Ianuarij.) Sic etiam de iure cōmuni officia dantur de mense Ianuarij, & fit in princip. anni. Socin. per illum tex. in l. Publicus, num. 3. ff. de Condit. & demonstr. & ita seruatur vt plurimum Romæ in Annuis Magistratibus. In Regno autem officia dantur de mense Septembris, secundum illas constv. et ibi testatur Afflict. Rubr. 69. num. 3. lib. 1.

De Officio Camerarij. Cap. III.

a ITem, quòd in dicta Arte sit, & esse debeat vnus Camerarius idoneus, de arte huiusmodi, creandus per congregationem generalem, pari modo, & eo die quo creantur Defensores

ensores prænominati : & eius officium toto duret anno à pri-
na Ianuarij cuiuslibet anni: qui Camerarius ab incurrentibus,
c condemnatis pœnas Statutarias exigere teneatur : cui no-
nen condemnati,& quantitatem pœnæ statim,condemnatio-
e secuta, Notarius insinuare, & notificare teneatur per ce-
ulam in scriptis tradendam, & recipiat omnes fructus,& pro-
entus Cameræ dictæ Artis, & ad eam prouenientes tempo-
e dicti officij, quos non audeat, nec præsumat expendere [b],
isi de mandato [c] maioris partis Consulum in scriptis redi-
gendo : quibus teneatur in ijs, quæ ad dictum pertinent of-
icium, obedire, ac illas expensas facere de fructibus, redditi-
us, & prouen. prædictis, prout sibi per dictos Consules man-
abitur, & lucrifaciat quartam partem pœnarum per ipsum
xactarum, tantum videlicet de illis pœnis, quas sua diligen-
a exegerit [d]: qui etiam habeat emolumenta consueta, & in
bsentia Consulum possit, & debeat ius reddere, & processus
uiles. & criminales in Curia dictæ Artis facere vsque ad sen-
entiam exclusiuè : in quibus habeat illam potestatem in ab-
entia dictorum Consulum, quam dicti Consules habent, dum
int præsentes, non obstante, quòd dicti processus fuerint co-
am dictis Consulibus, vel eorum aliquo inchoati.

ANNOTATIONES.

Idoneus.) ex fide scilicet, opibus, & facultate conueniendi. l. si quis stipula-
sit Stichum §. si quis ita ff. de verb. oblig. l. 2. in princ. ff. qui satisd. cog. & la-
dicam infra cap. 32. & de hac qualitate idoneitatis debet in primis constare.
ro. in c. quoniã contra, n. 18 extra de probat. Nõ ergo sufficit præsũptio, quòd
libet sit idoneus, de qua in cap. Dudũ extra de Presumpt. Alciat. de præsũptio.
g. 3. præsumptione 3. Decian. consil. 8. num. 117. lib. 1. latiss. Menoch. de
esumpt. lib. 6. præsumpt. 91. com. 2. Licèt illud intelligatur quoad intrinseca,
sic quoad mores, non autẽ quoad extrinseca, & sic diuitias l. si verò §. qui pro
qualitate, ff. qui satisd cog. Alciat. loco d. n. 5. Cephal. cons. 217. n. 60. lib. 2.
Expendere.) Et si expendant pœna furti tenentur, toto tt. ff. & C. ad leg. Iul.
ret. Ias. cons. 5. num. 4. vers. nec hoc potest lib. 1. Alex. cons. 206. col. 3. vers.
n minus lib. 2. vbi quod pœna etiam extenditur ad præbentes illis ministe-
m, Curt. Iun consil. 19. num. 13. Nisi statuta imponerent alias pœnas, quia
e sunt seruandæ, & maximè si essent mitiores, Bonacoss. de Com. in q. crim.
verb. pœnam, vers. totus mundus, Bursat. in terminis cons. 325. nu. 73. l. 3. An
tem possint impunè publicam pecuniam mutuare tales exactores, vel ad alios
us conuertere, dic quod non Regulariter, l. 1. & 2. C. de ijs qui ex publ. ratio-

cin.

cin.l. 11. Dec. cons. 477. aliter 473. num. 9. Licèt fuerit aliquando ipsis indultum ob paruam quantitatem, Io. de Plat. in l. sciant in fin. C. de ijs qui ex publ. collat. lib. 10. Francis. Marc. q. Delfin. 202. num. 3 in fin lib. 2. Bursat. cons. 325. num. 19. lib. 3. Vel quando tenentur quid soluere certum certis temporibus, Dec. cons. 6. Bellacom. inter com. opin. diuers. to. 1. tit. de vectig. num. 50. fol. mihi 650.

c De mandato.) Si igitur soluat sine mandato, magna erit contra ipsum præsumptio doli, Alciat. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 15. Bursat. in terminis d. cons. 325. num. 64. lib. 3. Etiam si soluat in vtilitatem consulatus, quia pecunia debet apud ipsum stare pro necessitate Consulatus, l. fin. C. de Fru. vrb. Constantinop. l. 12. Bar. in l. 1. C. de ijs qui ex publ. collat. l. 10 Ias. cons. 219. col. fin. n. 7. l. 2. Curt. Iun. cons. 19. nu. 15. Nicol. Festas. in tract. de Aestim. p. 3. c. 1. nu. 29.

d Exegerit.) Intellige cum effectu. non ergo sufficit si detrudi in carcerem faciat debitores, Bal. cons. 129. num. 4. l. 1. Festas. in tract. de Aestim. part. 3. cap. 1. num. 29.

Et Not. Quod Camerarius tenetur facere receputum illis qui soluunt l. 1. & ibi Bart. in vers. & 2. Not. C. de Apoch. publ. l. 10. Martin. Lauden. in tract. de Fisco q. 154 Festas. dict. loco numer. 48. In quibus sis cautus, & facias in eis omnino constare de numeratione, ne iterum Camerario effecto non soluendo, cogaris soluere, iuxta l. securitates C. de suscept. & Archar. l. 10. Martin. Laud. in tract. de Fisco q. 74. Licèt hic noster Camerarius paucas faciat quietantias, quia paucas, vel nullas pœnas exigit.

De officio Tredecim. Cap. LIII.

ITem statuimus, quòd in principio mensis Ianuarij cuiuslibet anni Consules, Defensores, & Camerarius in Consulatu conueniant & eligant tredecim [a] homines de Arte prædicta, quorum officium duret toto anno, qui sint, & esse debeant Consiliarij [b] dictorum Consulum [c], & teneantur requisiti comparere in qualibet congregatione per Dominos facienda tempore eorum officij, & habeant emolumenta consueta.

ANNOTATIONES.

a Tredecim.) Quibus repræsentantur homines huius Artis, sicut olim per Decuriones totus populus repræsentabatur, l. municipes intelliguntur, ff. ad Municip. l. municipibus ff. de Condit. & demonstrat. Paris. cons. 71 num. 13. decis. Pedem. 95. num. 15.

b Consiliarij.) & meminerint isti consiliarij, quod tria destruunt vniuersitates, & collegia, non prudens, neque digestum consilium, priuatum commodum, & latens odium, Alber. in l. 1. C. de Iust. Cod. cons. facit cap. 1. de re iud. lib. 6. Martin. Laud. in tract. de Consil. Princip. q. 10. & debent esse liberi, & eorum consilia liberè proferre, c. fundamentum de elect. Rol. cons. 12 num. 98. & 99. l. 3. vbi latè quales debeant esse consiliarij principum, & plura cumulat Afflictus super const. Regn. lib 1, rub. 45, nu. 53.

Con-

Consulum.) Non tamen consules tenentur sequi eorum consilia, quia est in eorum voluntate illos requirere, & adhuc si tenerentur requirere, non tamen tenentur sequi, vt in simili habetur in c. licet extra de regul. Luc. de Pen. l. omnes num. 51. C. de Decur. l. 11. Bursat. latè cons. 90. num. 36. lib. 1. facit quod licèt Pontifex teneatur tractare ardua cum consilio Cardinalium, vt per oct. in cap. 1. de Const. non tamen tenetur sequi eorum consilium, Menoc. consilio 122. num. 75. lib. 2. cum ibi citat.

Teneantur.) Quod verbum est præceptiuum, & obseruantiam inducit, sen. exiui, vers. item ordo, de verb. signif. Paris. cons. 19. num. 132. lib. 2. Rol. consil. 70 num. 64. lib. 3. Non ergo poterunt ire extra ciuitatem, vel ruri commorari diutius sine licentia consulum, ad hoc vt possint requiri, & comparere, de Decurionibus dicitur in l. ita demum C. vbi Decur. l. 1. & ibi Bart. C. si ur. Ciuit. vel rus habet l. 11. Bart. in l. si quis Decurio, & ibi Io. de Plat. C. de Decur. l. 10. Martin. Laud. in tractat. de consil. q. 24. Franc. Marc. q. Delfin. 26. num. 2. & 798. num. 2. part. 1.

De officio Assessoris. Cap. V.

ITem statuimus, quòd in Curia dictorum Consulum sit, & esse debeat vnus legum Doctor [a], qui sit, & esse debeat Assessor, & Consultor dictorum Consulum: cuius consilio dicti Consules vti valeant in causis, in quibus eis videbitur: cuius deputatio, & electio, vocatis defensoribus Camerario, & tredecim Consiliarijs, per mandat. Cu. Cap. dimissa copia de mense Decembr. anno quolibet fiat per dictos Consules defensores, Camerarium, & tredecim Consiliarios, aut per maiorem eorum partem: & quatenus vocati non accederent, nec etiam maior pars eorum veniret, tunc pro alia die similiter vocentur: & similiter si non accederent ad numerum, vt dici possit maior pars, tunc iterum pro alia die vocentur: & coadunati, aut sit, aut non sit maior pars, potestatem habeant, & debeant prædictum Assessorem eligere, & deputare per annum tantùm, incipiendũ prima Ianuarij: & Consules in dicto mense Decembri anno quolibet, prædictis officialibus, sicut supra, vocatis, eo modo quo eligere debent, etiam confirmare [b] Assessorem existentem ad alium annum tantùm possint. & singulis sic annis: & non confirmando: ad electionem alterius modo præmisso deueniatur, qui etiam modo præmisso confirmari possit, & sic de singulis anno quolibet: qui Assessor teneatur iura, & iurisdictiones dictæ Artis pro posse defendere, & tueri,

ac ſingulis diebus iuridicis in curia Conſulum reſidere, & in abſentia ipſorum Conſulum poſſit ius reddere partibus litigantibus, & in litigijs facere omnes actus [c] & proceſſus vſque ad ſententiam excluſiue [d], quos facere poſſent dicti Conſules, quando præſentes eſſent: ita quod in dictorum Conſulum abſentia, acta, & proceſſus facta coram eo valeant perinde, ac ſi facta eſſent coram Conſulibus præfatis: non obſtantibus, quòd coram eo cauſæ huiuſmodi inchoatæ non eſſent: & pro ſuo ſalario [e] habère debeat id, quod ei ordinatum [f] fuerit per Conſules, & cęteros officiales.

ANNOTATIONES.

a Legum Doctor.] Videtur hoc idē requiri de Iure communi, quia l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. requirit iuris ſtudioſos, & iuris peritos, qui hodiè Doct. vulgo appellantur, immo qui nō habet gradum nō dicitur approbatus pro iuriſperito. & ſi in aduocato exigitur priuilegiū, l. 1. §. poſt hūc, verſ. & vt obiter, ff. de orig. iur. quāto magis in Aſſeſſore, qui conſilium iudicantibus dat, & dicitur munus publicum exercere, toto titulo, & maxime l. vltim. ff. de off. Aſſeſſor. In contrarium tamen eſt communis opinio, de qua Doct. in l. 1. ff. eod. & præcipuè Purp. num. 22. Bolognett. nu. 13. ex eo quia Liberius poteſt eſſe Aſſeſſor, & Libertus non poteſt habere dignitatem l. 1. C. ad leg. Viſcell. & ſic neque Doctoratum, cum ſit dignitas, c. quanto extra de Magiſtr. Hinc in Regno admittūtur Aſſeſſores etiam non Doctores dummodo iuris periti, Bolognett. in d. l. 1. nu. 13. Menoch. de Arbitr. caſ. 253. Et periti ſecundū illas Conſtitutiones ſunt qui ſtuduerunt per quinque annos Paris de Put in tract. de Synd. in verb. poteſtas, nu. 70. Debet autē Aſſeſſor peritus eſſe illius iuris, ſuper quo iudicandum eſt. Card. Zabar. in clem. 1. q. 11. de Iud. & ideo merus Legiſta non poteſt eſſe Aſſeſſor in cauſa merè canonica, vel ſpirituali Not. Archid. in c. pluraliter 16. q. 1. Not. in c. ſtatutum, §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6. & ibi Gemin. Doc. in c. ſciſcitatus, nu 13. extra eod. Albert. in tract. de agnoſc. Aſſeſſ. q. 10. nu. 3. Io. Royas in tract. de Hæret. nu. 386.

b Etiam confirmare.] Quia eadem ſollemnitas requiritur in actu reficiendo quæ fuit adhibita in illo faciendo, gloſ. fin. in c. cum acceſſiſſent, vbi Canoniſtæ communiter, & poſt omnes Felin. in col. pen. extra de Conſt. de quo vide Curt. in tract. de Feud. in 2. part. principali, q. 1. n. 10. Sicut eadem ſollemnitas requiritur in ratificatione contractus, quæ fuit adhibita in eius celebratione, Innoc. in c. cum dilecti extra de empt. & vend. c. ſine exceptione 12. q. 2. Brunus in tract. de form. &c. de potent. & off. non ſer. form. verſ. prædicta concluſio. Salic. in l. mancipia, C. de reb. alien. non alien. Calcan. conſ. 57. n. 6 Menoch. coſ. 31. n. 33. lib. 1. Roland. conſ. 90. num. 50. lib. 1. Bertazzol. conſ. ciuil. 1. nu. 127. lib. 1. Niſi principale eſſet per ſe firmum, gloſ. in c. Inueſtitura in verb. Minor, vbi Afflict. nu. 54. verſ. & ſic Not. tit. per quos fiat Inueſt. in vſib. Feud.

c Omnes actus.] Quos forte de iure communi facere non poſſet, vt eſt Conteſtatio litis, Admiſſio appellationis, §. vlt. Auth. vt defunct. ſeu fun. eorū, Pro-

itiare libellum aptum, vel ineptum, Bald. in Add. ad Specul: tit. de Assessor. fficium in verb. Assessor, gloss. & Bart. in l. 1. vers. quæro nūquid, & ibi Alex. e off. Assessor. & similia.

Exclusiuè.] Assessores enim non iudicant, sed consulunt, l. consiliarios, C. de ess. glos. in l. 1. in fin. ff. de Assess. Specul. in tit. de Assess. §. officium, Io. Petr. d. cons. 50. nu. 38. l. 1. Nisi causa esset eis delegata, Auth. ad hæc, C. de Iud. cul. d. loco vers. cōsilium Ciuitatis, Bart. in l. præcipimus, §. quod si à Iudice, Appel. Vel lex municipalis daret illis maiorem authoritatem, l. prohibere, lanè, ff. quod vi, aut clam, Bald. in l. 1. nu. 31. C. de ijs qui accus. poss. vel con- tudo, l. 1 ff de lib. emancip. Paris. de Put. in tract. de Synd. in verb. Assessor. 26. Hinc sententia formanda est in personam consulum, Ias. in l. 2. num. 16. e off. Assess. & ante eum, Bald. num. 31. Franc. Marc. quæst. 295. nu. 2. tom. 2. quomodo sit formanda ponit, Specul. in tit. de except. §. verum; vers. porro Italia, & plura admonet Ang. cons. 250. Domina Liberina, Bart. in tract. de nsil. hab. nu. 16. Pax Scala in tract. de consil. sap. lib. 3. c. 10. nu. & 22. Lucas . in sua prax. Capit. l. 5. cap. 10. nu. 6. & 7.

Pro suo salario.] Quia spe præmiorum prouocandi sunt, l. 1. C. de Assess. omodo autem, & à quibus debeant habere salarium, est tex. in c. statutum, Assessorem, de rescript. in 6. vide Bald. in l. Imperatores, ff. de tutel. & ratioc. atè per Paris. de Put. plures casus distinguentem in tract. de Syndic. in verb. estas, nu. 23. latiss. Afin. in sua praxi ind. §. 25. cap. 29.

d quod ei ordinatum fuerit.] Ergo arbitrio consulum remissum est, qui suetudinis, laboris, ac personæ rationem habere debent; Menoch. de Arbitr. . cas. 254. Io. Petr. Surd. cons. 66. nu. 6. lib. 1 Staphil. de Grat. expect. num. 52 n. in tract. de Aug. conclus. 12. num. 4. Moderni Tudert. in tract. de locat. & onduct. q. 16. de Agrimensoribus.

De eodem allegato suspecto [a]. Cap. VI.

ITem, quod nemini liceat Assessorem allegare suspectum post lapsum [b] termini Statutarij ad probandum præfixi, sed ante cū iuramētis principalis [c], & non aliter [e], aliter allegatio suspicionum sit nulla, in quo casu eligatur alius partibus non suspectus hoc modo, videlicet, quod citetur semel allegans ad ndum listam confidatorum [f], & diffidatorum, data, & non ncordes, vel non data, imbussolentur per DD. Consules die quenti, parte citata, decem iuris periti, in quibus nullus sit confidatis, vel diffidatis: & sorte [g] vnus extrahatur, qui nullo odo possit suspectus [h] allegari, qui eandem habeat auctoritatem in causa, in qua est deputatus, quam habet Assessor ordinarius.

ANNOTATIONES.

a De eodem allegato suspecto.] An suspectus quis sit eo quia in alia causa pronunciauit contra recusantem; dic quod non, secundum Dec. in c. 1. nu 6. de Iud. vel melius dicas Arbitrarium, Menoch. de Arbitr cas. 121. nu. 7. Alciat. de præsumpt. Reg. 2. præsumpt. 11. Dec. in d. cap. 1. nu. 6. in fin. Rip. nu. 17. Cantucc. inter decis. diuers. Impr. tom. 2. decis. 2. nu. 10. Quid si iudex minatus sit parti? Iustè recusabitur, Ias. in l. apertissimi, num. 7. C. de Iud. Aufr. in tract. de Recus. caus. 40. nu. 27. & caus. 46. nu. 30 Cæsar de Graff. decis. 93 aliàs 4. de sent. nu. 6. Quid, si pars recusans litem habeat, vel habuerit cum iudice? Poterit recusare, glos. in cap. cum super, vbi Abb. nu. 3. & Felin. num. 3. extra de off. deleg. Rot. decis 2. nu. 11. tom. 2. diuers. Impress. Barbat. cons. 80 col. 7. lib. 1. Sic etiam potest recusari, quia visus est alloqui ad aures aduersarij secretò pendente causa, Specul. in titulo de Posit. §. 7. vers. quid si ponens, Rom. singl. 559. incip. quid si aduersarius. Nisi iudex reuelauerit statim parti quod sibi fuit dictum, Abb. in cap. causam, & ibi Add. in verb. Recusari extra de Iud. vel nisi Iud. habeat facultatem procedendi de plano, Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. fine strepitu in fin. decis. Pedem. 1. nu. 12.

b Post lapsum termini.] De quo infra cap. 24. Quia recusari debet iudex ante litem contestatam, l. apertissimi, C. de iud. c. Pastoralis extra de except. vbi glos. & Doct. communiter tenent Couad. pract. 99. cap. 26. Et ante alias exceptiones Bauer. sing. 35. in vers. Recusatio nu. 4. Bero. cons. 16. nu. 15. Natta de cõmuni, cons. 151. nu. 1. lib. 1. Bursat. cons. 110. nu. 19. l. 1. & cons. 265. nu. 11. lib. 3. Rot. decis. 2. num. 10. tom. 2. diuers. Impress. Nisi causæ suspicionis essent de nouo exortæ post litem contestatam, Io. Bapt. Ferret. cons. 66. num. 4. & seq. lib. 1. Io. Ferrer. in tract. de Appell. c. 7. nu. 406. Bertazzol. cons. Ciuil. 67. nu. 22. & 23. lib. 1. Achil. decis. 203. al. 1. de except. nu. 2. & 3. Et esse de nouo exortas recusans suo iuramento probabit, cap. pastor. extra de excep. Rebuff. in com. tom. 3. tit. de Recus. art. 1. glos. 6. Nisi manifeste appareat, vel quia post litem contestatam duxit in vxorem consanguineam partis, cap. insinuante extra de off. deleg. Rot. decis. vlt. de rescript. in Nou. vel aliqua votum propalauit suum, Cæsar de Graff. decis. 93. aliàs 4. de sent. nu. 4.

Et si vis recusare Iudicem ratione incompetentiæ, poteris etiam post litem contestatam, immo datur hoc à Doct. pro cautela, Grat. cons. 138. nu. 10. lib. 2. Additio, ad Lanfranc. in cap. quoniam contra nu. 106. l. A. de probat. An autem processus per Iudicem recusatum factus sit nullus, magna est quæstio, de qua vide Lancellott. de attent. post recus. cap. 6. per totum, & maximè, nu. 48. Rot. decis. 2. tom. 2. diuers. Impress. & ideò ob varias opiniones, Rot. Rom. seruat, vt valeat processus, nisi fuerit appellatum, Achill. decis. 203. aliàs prima de except. in impr. Rot. d. decis. 2. Si vis tenere quod sit nullus, vt cõmuniter tenent Doct. Dicas quod nihilo minùs possit per Iudicem recusationis confirmari, Franch. in Addit. ad Ioan. Monac. in cap. iudex, nu. 3. vbi dicit Communem, de off. deleg. lib. 6. Alexan. cons. 67. l. 6. Villalob. opin. 156. Quod intellige parte non opponente de nullitate, Veral. decis. 264. l. 2.

c Iuramento.] Quod est etiam de iure ciuili, glos. in §. & quid, in verbo artificis, Auth. de Trient. & semiss. Anchar. cons. 264. Lanfranc. in tract. de Recus. in

inc.nu.5.Roland.conf.31.nu.25.& conf.19.nu.14.lib.3.Rot.decif.1.tom.3. uerf.Impreff.n.5.fecùs de iure Canonico,quo caufa recufationis exprimēda, probanda eft,c.cum fpecialis,& c.cum requiris de appell. Bald. decif.236. rô.conf.16.nu.2.l.3.cum omnib præcitat.

Principalis.] Quia procurator non poteft recufare nifi habeat fpeciale mãtum,l.non folum,§.fin.ff.de Procur.Bart.in l.fi procurator,ff.de condit.indeb. ebuff.in d.tract.de Recuf.art.1.glof.1.Lancef.loco d.n.5.Quid fi procurator omittat de rato,& petat dilationē ad certiorādū principalē,& fpeciale mãda- Dic quod Iudex debet fuperfedere,per ea,quæ ponit Rebuff.d.loco,n.5.Lan lott.d.loco, nu.5. & 46. Et quod etiam procurator poffit fine fpeciali mantō Iudicem recufare,vbi principalis eft abfens,videtur dici poffe ex ijs, quæ fimili ponit Aym.conf.12.nu.4 cum antecedentibus.

Et non aliter.] Hæc verba impōrtant formam,Tiraq.de Retract.conuent. .glof.7.nu.14.cum ibi citat.quib.addo Bertazzol.conf.crim.15.nu.6,l.1.vbi od nec recipiunt modificationem, aut interpretationem feparatam à verbis, m.conf.101.nu 43.Roland.conf.61.nu.17.l.2.vbi tamen declarat,num.57. m conf.58.nu.48. & conf.59.nu.11.lib.3.

Liftam confidatorum.] Non tamen arctatur Iudex ad eligendum de confiis: fed fatis eft,quod non eligat de fufpectis,Franch.in c.cum fpeciali,col.7, verf.16.quæritur de Appell. Capic decif.138.nu.8.

Et forte.] Idem procedendi modus datur à Stat. Vrb. fuper quo vide Luc. t.l.5, c.10.nu.4. Et etiam à iure communi approbatum eft fortis iudicium ad llendas difcordias,l.fi duob.C.com.de leg.l.fi qui funt,ff.fam.ercifc. fed cum eo,ff.de Iud.c.fors 26. q.2. Io. And.in c.licet caufam extra de prob Et an omnib.cafibus,& in quibus licitum fit vti forte, vide Felin.in cap.S.Crucis, .21.extra de refer.Tiraq.latiff.in tract.de Iur. primog.q.17. opin.1. Iacobat. tract.de Concil.ar.1.à nu.248.vfq;ad 274.Menoch.de Arbitr.Iud.caf.442. .10.& 11.& in tract.retin.remed.3.nu.746.vbi quid in beneficialibus.

Allegari.] Quemadmodum nec appellatur à fententia lata per fortes,Bald. l.fin.§.fi duobus, in 1.col. verf.fed numquid poteft appellari, C.com.deleg. orn.conf.143.ad fin.l.4.Cott.Memor.Incip.fortis adiudicatio, cum alijs per iraq.in d.tract.de Iur.primog.q.17.opin.1.nu.95. Nec petitur reftitutio in integrum,Bar.in l.ait prætor,§.planè,ff.de Minor.Tiraq.cum ibi citat. d.loco, i declarat nifi læfio effet valdè enormis, & poteft Statutum prohibere recufanem,vt confuluit Rom.de Statuto Senen.conf.224.nu.7.

De Notario. Cap. VII.

Item, quod Confules, vocatis dictis quattuor defenforibus, Camerario, & tredecim Confiliarijs anno quolibet de menfe Decembri per Mandatar. Curiæ Capitolinæ dimiffa coia per eofdem Confules defenfores, Camerarium, & tredecim Confiliarios, vel per maiorem eorum partem: & quatenus vocati non accederent, nec etiam maior pars eorum veiret, tunc pro alia die fimiliter vocentur: & fimiliter fi non

accederent ad numerum, vt maior pars dici posset, tunc iterum pro alia die simili modo, quo supra, vocentur: & coadunati, aut sit, aut non sit maior pars, deuenire possint ad confirmationem Notarij in Consulatu existentis per annum tantùm, incipiendum prima Ianuarij, & sic annis singulis confirmare valeant: & non cõfirmando, ad electionem alterius Notarij modo præmisso deueniatur: qui etiam modo præmisso confirmari possit, & valeat recipere pro suis scripturis à partibus litigan-

a tibus, prout in tabula taxationis mercedum [a] Notarij apparet, & habeat emolumenta consueta, possit etiam dictus Notarius

b in causa necessitatis [b] alium Notarium idoneum in suum locũ substituere, vel coadiutorem retinere, & de voluntate tamen Consulum, qui pro tempore fuerint in dicta Arte: de qua voluntate apparere debeat in scriptis, alioquin ipse Notarius

c priuatus [c] intelligatur, & processus nihilominùs coram eo facti sint validi: & finito eius officio scripturas teneatur Notario successori in Consulatu consignare: qui etiam Notarius, aut substitutus, vel coadiutor, in absentia Consulum, Assessoris, & Camerarij, in omnibus, ac quibuscunque causis acta, iura, & probationes recipere, ac processus, & omnes iudiciarios actus facere possit, quæ dicti Consules facere possent, si personaliter

d interessent, vsque tamen ad sententiam exclusiuè [d], & perindè valeant, ac si facta forent per dictos Consules, & coram eis: non obstãtibus quod dictæ causæ sint coram dictis Consulibus, seu eorum aliquo inchoatæ.

ANNOTATIONES.

a Taxationes mercedum.] Vltra quam taxam nihil à partib. etiam spontè dantibus recipere debet, cap. exigit de Censib. lib. 6. clem. nolentes extra de Hæret. facit tex. in c. Statutum, §. Assessorem, de rescript. in 6. Ias. in l. 1. nu. 8. C. de leg. Paris de Put. in tract. de Synd. in verb. Consiliarij in principio. Remig. in tract. de Charit. subsid. q. 61. nu. 14. vbi de medicis habentib. publica salaria, quod nihil à priuatis recipiant, Bero. cons. 29. nu. 18. lib. 2. Licet aliquando cõniuendum sit ob facti, & laboris magnitudinem, Pauin. in tract. de visit. q. 4. 2. part. num. 29. Rodoan. in tract. de Simon. part. 2. cap. 25. num. 5. Quid si in taxa nihil fuit positum de pauperibus, an illis teneatur Notarius conficere gratis scripturas. Dic quod sic, l. tam clementis, in fin. cum glos. Cod. de Episcop. & cler. Rom. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. mat. in Fall. 46. Alex. in l. argẽtarij, in fi. princ. ff. de Eden. Couarr. pract. 99. c. 6. nu. 4. & seq. Cassan. in Consuet. Burg. rub. 6.

§. 6.

6.col.mihi.875.nu.4.Roland.conf.87.nu.3.& feqq.lib.2. Neuizan conf.44.
.13.Rot.decif.103.Incip.Rota mandauit in Antiq. Afin. in tract. de Execut.
3.cap.95. Quod tamen malè feruant Notarij, Iaf.in §.tripli, col.penult. Inft.
Act. quia funt nimis voraces, & excoriatores pauperum, l. 1. C. de Num.
tuar.l.12.Bart. in l.omnes populi,ff.de Iuft.& Iur Roland.d.conf 87.nu.3.&
q.lib.2. Quanto autem tempore præfcribatur falarium Notario debitum, vide
ebuff.in com.tt.de falar.glof 11. tom.2. Et quod fi pars non foluat mercedem
offit Notarius retinere fcripturam, dicit Bart.in l.argentarius, in princip.ff de
lend. Et quod competat illi etiam actio locati pro fua mercede, idem Bart. in
.§.Iudicis, ff.de var.& extraord.crim.Rodoan.in tract.Simon.par.2.cap.25.
.3. Quid autem fi merces non fit taxata, aut dubitetur circa taxam, dic quod
linquitur arbitrio Iudicis, Bald.in l.fin.col.8. ff.de Edend. faciunt quæ fcripfi
fr.de falario Affefforis, cap.5.in fin.

In cafu neceffitatis.] Puta ob infirmitatem, vt lib.3. Stat.Vrb. cap. 33. vel
iam iuftam caufam, de qua inf.cap. 17. Qua ftante, licet etiam de iure cōmuni
bftituere, Bart.in l.1.ff.de off.Conful.Soccin.conf.24.nu.25. lib.1. Alexand.
nf.129.nu.4.& 5.lib.1.Aym.conf.274.nu.13.latiff. Ant.Gabriel concl.3. de
æfumpt.nu.36.Affl.decif.6.nu.2.& ibi latè Vrfil.Afin.in tract.de execut.§.3.
p.28.nu.3. Rim.Iun.conf.559.nu.8.lib.5, immo etiam non fubfiftente aliqua
ufa Notarij paffim exercent pet fubftitutos, fubfcribētes tamen fe fcripturis,
inftrumētis, Specul.in tt.de Inftr edit.§.Inftrumētum, nu.16.Felin.in c.inter
lectos, de fid.Inftr.Dec.conf.447.nu.10.Purpur.conf.121. n.12. Licet aliqui
c ex priuilegio habeant, de quib.Afflict.in Conft.Regn.tit.de Ferijs, num.38.
Verf.& ego. Debet autem Notarius apponere in fubfcriptione quod exēplum
cordat cū originali Card.& Imol.in c.fin.extra de off.deleg. Alex.conf.129.
.5.lib.1.Mafcard.de probat.concluf.711.nu.43.tom.2.vbi de hoc ftylo. An
tem in cafu Abfentiæ poffit Notarius fubftituere, dic quod non, fed Iudex
ium Notarium eligere debet, l.1.C.de Sport. Bald.in l.Imperator, nu.7. verf.
numquid, ff.de Stat. hom.& ideò Statutum hoc mandat eligi cum licentia
nfulum.

Priuatus intelligatur.] Ideft officio quod exercet, vt melius declaratur,
p.feq. Non autem Notariatu, quia priuatus officio particulari, non prohibe-
r alia facere extra illud officium exercere, Affl. in c.imperialem, num.44.de
ohib.Feud.alien.& de Notario priuato ab officio magiftri actorum, quod ni-
lominùs poffit inftrumenta conficere, Afin.in fua prax.§.14.c.15 fecùs fi effet
ndemnatus pro aliquo delicto circa exercitium commiffo, vt de falfo, quia
nihilo poterit officiū exercere, Bar.in l.fi aliquod, C.de fufcept.lib 10.Licet
qui velint vltra condemnationem requiri etiam exauctorationem aliàs quod
ffit exercere, Odofr.in l. fi quis ex argentarijs, §.cogetur ad fin.ff.de Edend.
ecul.in tit.de Inftr.Edit.§.reftat.n.33.Nell.in tract.de Bānit.part. 1.2.temp.
1.propè fin.Foller.in pract.crim.in verbo Banniatur, nu.39.fol.mihi 73 quo-
m opinio eft contra communem, de qua Clar.cum ibi cit.in §.fin. q.73.verf.
otarius condemnatus, & fuit reprobata per Rot. Rom. vt apparet, decif.969.
n.1.diuerf.Impreff.

Exclufiuè.] Quia non poteft idem effe Notarius, & Iudex, cum duplici of-
io quem fungi fit prohibitum, cap.quoniam contra extra de probat. vbi Felin.
.44.& 85.glof.in c.3.cod.tit.de probat.Innoc.& alij, in c.cum à nobis, extra

de

de Test Bar. in l. iubemus, §. sane, C. de sacros. eccles. & in l. 2. ff. de Stipul. seruor. Nisi aliud Statuto, vel consuetudine permittatur, vt contingit in oppidis, & villis, vbi ob defectum aliorum Notariorum, Potestates, & Vicarij iudicant super actis ab ipsis scriptis, vt in Comitatu Florentiæ, & passim in Statu Ecclesiastico, Bart. in l. Iubemus, §. sane, num. 14. cum seqq. C. de Sacros. Eccles. & ibi Salicet. num. 1. Castr. nu. 10. Bellam. in c. à nobis, num. 11. extra de test. Mathesil. Not. 1. vbi late, Add. Bero. in c. ex litteris, num. 54. & seq. extra de probat. Asin. in sua prax. vbi plures cumulat. §. 14. cap. 19.

De Officio Notarij in ordinandis, custodiendis, relinquendis, & transumptandis scripturis. Cap. VIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd quilibet Notarius, qui in dicto Consulatu officium exercuerit, teneatur anno quolibet quattuor libros facere, & retinere: Vnum, in quo acta iudiciaria singulo die, prout fient, & iuxta antiquum moré conscribat: alium, in quo scribat, & annotet instrumenta omnia, de quibus rogatus fuerit inter homines dictæ Artis, huiusmodi Artis, seù rerum spectantium ad Artem occasione, & de rebus pertinentibus ad Artem: tertium, in quo annotet introitum dicti Consulatus, iuxta annotationem fiendam per Camerarium, quem librum Rincontrum appellant: quartum, in quo annotet omnes condemnationes pœnarum fiendas cum nomine condemnati, quantitate pœnæ, & die condemnationis, vt exinde sciat Camerarius quid sibi agendũ remaneat, & à quo exigere teneatur. Qui omnes libri vna cum cæteris scripturis perpetuò remaneant, & remanere debeant in Consulatu in Archiuio [a], seù Armario construendo: & successiuè de Notario ad Notarium mediante inuentario transeant, & consignentur. Qui verò Notarius contrafecerit, perpetuò sit infamis, & ab officio omnino repellatur, & nihilominus scutorum quinquaginta, Cameræ Consulatus applicandorum, pœna mulctetur. Quod si quando contigerit, Notarium, qui de aliquo fuerit instrumento, modo prædicto rogatus, officio, vel vita functum esse, possit Notarius in illius locum subrogatus instrumentum à præcessore, vel prædecessore rogatum reassumere, extendere, publicare, & transumptare [b], perinde ac si ille, qui de eo rogatus fuit, potuisset, & quemadmodũ Notarij perpetuorum officiorum Audito-

itorũ Cameræ, & Vicarij Vrbis facere consueuerunt: non obstãtibus Statutis Vrbis c, ac quibusuis in contrariũ facientibus.

ANNOTATIONES.

In Archiuio.) Quod dictum est ab Arca, quia in eo tamquam arca scripturæ publicæ ad custodiam reponuntur, l. moris §. non numquam, ff. de pœn. §. & ibi glo. in Auth. de defens. ciuit. Alber. in suo Dictionario, in verbo Archiuus, & ideo maior fides scripturis in eo repertis adhibetur, l. si fundum. §. oties, ff. de Iur. Fisci, Auth. ad hæc, C. de fid. Instr. Rom. cons. 165. & 260. nu. & 319. ante fin Dec. cons. 146. numer. 10. Aym. de Antiq. temp. part. 1. num. 4. & cons. 174. num. 6. Ant. Gabriel. cum ibi citat tit. de probat. concl. 5. vbi ampliat, & limitat pluribus modis. Rim. Iun. cons. 23. num. 161. & seqq. l. 1. & 219. num 23. lib. 2. Si tamen tria concurrant, de quibus Felin. in c. audienm col. 4. vbi latiss. de hac materia facit 10. concl. à num. 10. vsque ad 17. ex de pr æscript. quod Archiuio sit præpositus officialis publicus, quod scriptura sit inter publicas reposita, & quod ex consuetudine faciat fidem, de quibus am Socin. cons. 148. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 458. num. 5. Franc. Marc q. Delfin. 8. tom. 1. Mascard de probat. concl. 711. exemplum, lib. 2. Dec. cons. 14. nu. lib. 1. Bertazzol. cons. ciuil. 1. num. 79. & seq. lib. 1. Anchar. Reg. q. 49. num. An autem scripturæ ex archiuio desumptæ faciant plenam fidem etiam extra rritorium, dic quod non, Gabriel. cum ibi citat. d. concl. 5. de probat. quibus ddo Franc. Marc. q. Delfin. 334. num. 2. l b. 2. Decian. cons 24. num. 49. lib. 1. rtazzol d. consilio ciuil. 1. num. 82. lib. 1. Quicquid dixerit Bal. in rub. C. de l. Instr. col. fin. quod probent inter ciuitates confœderatas, & sub eodem prinpe, cuius dictum reprobatum fuit à Rot. vt per Verall. decis. 42. nu. 2. par. 1.

Transumptare.) Quid sit seruandum in transumptandis scripturis, & alia ora ad materiam ponit adeo latè, & copiosè, Masc. de prob. conclu. 711. vt nil addi ferè possit, ideo vbi casus occurret ad eum te remitto.

Statutis Vrbis.) de quo cap. 36. lib. 1. vbi habetur forma, & modus transumandi, & potest hoc nostrum Statutum derogare Statutis Vrbis ob confirmationem Papæ, quo caso Papale dicitur, Rol. cons. 86. num. 29. lib. 1. Cephal. cons. 1. num. 32. lib. 4. Rim. Iun. cons. 548. num. 40. lib. 5.

De Camerario ludorum Agonis [a], *& Testaciæ.*
Cap. IX.

Item, quòd illi Consules, qui fuerint in Carnispriuio, teneantur, & debeant in principio eorum officij nomina ipsorum in quattuor paruis chartulis describi facere, & clausis in bussula, seu marsupio sorte vnum extrahi, qui sit, & esse debeat Camerarius ludorum Agonis, & Testaciæ per annum, secundum formam Statutorum Vrbis. Qui Camerarius dictorum Consulum teneatur, & debeat illos decem florenos, quos rece-

receperit, ſecundum formam dictorum Statutorum infra decem dies immediate ſequentes Camerario dictæ artis, qui tunc temporis fuerit, effectualiter aſſignare ad pœnam dupli dictæ quantitatis, in quo duplo debeat per defenſores, finito eius officio, ſententialiter condemnari, & nihilominus non audiatur in aliquo, ſi voluerit in dicta Curia reclamare: & ſi audiretur, proceſſus in eius fauorem facti, & faciendi ſint ipſo iure nulli, & quandocumque coram quocumque Iudice dici poſsit de nullitate, & non poſſint reualidari, niſi ſoluto dicto duplo: & vlterius habere debeat emolumenta conſueta.

ANNOTATIONES.

a Ludorum Agonis.) Poſſent multa dici de iſtis ludis, qui ſicut alios nobilitate, ita etiam ſplendore, & impenſis præſtabant, ſed habes lib. 3. Statut. Vrb. cap. 87. 88. 89. & 90. reliqua colliges ex picturis in Capitolio expreſsis. Hiſtorias enim recenſere inſtituti noſtri non eſt.

Quod electi ad officium teneantur illud exercere. *Cap. X.*

ITem quod omnes, & ſingulis homines dictæ Artis, qui fuerint ad aliquod officium Artis huiuſmodi deputati, aut electi, teneantur, & debeant ipſum officium acceptare [a], & actualiter per totum tempus exercere. Contra facientes verò non audiantur [b] per annum [c], ſi voluerint in dicta Curia contra aliquem agere: & ſi audirentur, proceſſus in eorum fauorem facti, & faciendi ſint ipſo iure nulli, & quandocunque coram quocumque Iudice dici poſſit de nullitate, & nihilominus ab alijs conueniri poſsint [d].

ANNOTATIONES.

a Officium acceptare.) Licet beneficium non conferatur in inuitum, l. nemo inuitus, & l. inuito ff. de reg. iur. fallit tamen fauore publico, quia electi ad officia coguntur illa acceptare. l. hi qui ad ciuilia, C. de appell. l. numerum. §. defenſores, ff. de mun. & hon. l. nullus, & l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd Cagnol. in d. l. nemo, & in d. l. inuito, num. 3. Franc. Marc. q. 750. tom. 1. Rom. ſing. 185. Viu Nouiſs. deciſ. Neap. 144. lib. 1. Immo recuſantes carceribus acceptare compelluntur, gloſ. in l. Præſes, & ibi Bart. C. de ſuſpect. tutor extrahendo illos ex proprijs domibus, ex palatijs principum. l. ex omnibus, & ibi Bart. C. de decur. lib. 10. & etiam Luc. de Pen. in principio, ponuntur

in

banno,d.l.2. vbi Bald. C.de susp. tut. Priuantur omnibus bonis, quæ dantur
ssidenda subrogato in eius locum,l.magistratum,C.de decur.l.10. Franc.Ni-
nt. in repet. C. quoniam contra, num. 589. extra de probat. & alijs pœnis
ercentur, de quibus Luc. de Pen.in d.l. ex omnibus. Nisi forte tales ele-
appellent,Specul.in tit.de Appell.Cast.in l.dotem,num. 4. ff. solut.matrim.
ita iudicatum in Regia Auditoria Apuliæ,testatur Viu.decis.Neap.144.num.
ib.1. Vel dicerent de nullitate electionis, quod non sit facta à maiori parte
llegij,l.quod maior,ff. ad municip.not. in cap.quia propter, extra de elec. &
cap.1. de ijs,quæ fiunt à maior. par. cap. Vel haberent iustam causam re-
sandi,d.l.hi qui ad ciuilia, cum præcit,& dicam infra cap. 18. & de iustis
usis recusandi est Statu. Vrb.lib.3.cap.38.

Non audiantur.) Quia ita mandat Statutum: secus tamen est de iure, quia
c de causa, nulla datur exceptio,Castr.in l.neminem. C.ex quibus caus. in-
n. irrog.

Per annum.) non enim potest denegari audientia in perpetuum, sed ad tem-
s, Bald.in l.1.§. fin. in lect.antiq. ff.si quis, iusd. non obtemp. quis enim hoc
odo priuaretur iure suo, Alexand. in l.1. §.in operis,num.3. ff.de oper.nou.
nciat. Et quando à lege, vel Statuto denegatur alicui audientia Processus ad
us fauorem facti, & omnia acta sunt nulla,cap. qui iubente, iuncta glos. 11.
3.l. sed & si per prætorem,§.actio,ff. ex quibus caus. maior. & est Commu-
opinio,de qua Alexan. & Imol.in l.1.§.sublata.ff. ad Trebel. Alexan. cons.
.viso, col. 1. & cons. 81. ponderatis, lib. 2. cum alijs, per Vant. in tract.de
ll.ex defect. inhab. num. 53. vbi ampliat etiam si non fuerit additum Decre-
n irritans, Adde Ruin.in consil.49. num. 7. lib. 4. vbi quod nec in iudicio
iorabili quis potest audiri,sequitur Rim.Iun cons.228.num.17.lib 2.Cephal.
nsi.223.num.10.& 11.lib.2.vbi ponit casum,in quo prohibita audientia, va-
nihilominus processus.

Conueniri,) poterunt tamen,si conueniantur, se defendere, quia audientia
t denegata ad effectum agendi, Alexan. in l.de pupillo,§. fin. per totum, &
xime,num.14.& seq.ff.de oper.nou.nunc.facit l.si pupillus,in ver. defendere,
de priuileg. cred.

Quod officium Consulum sit insolidum. Cap. XI.

Item, quod officium Consulum dictæ Artis, sit, & esse debeat insolidum [a]: & in causa, quæ inchoata [b] esset coram no ex dictis Consulibus, omnes alij procedere possint: ac si oram omnibus ipsa causa fuerit inchoata, quilibet ipsorum Consulum posit procedere vsque ad sententiam, nec proptea posit ab aliquo retractari, verum quòd in prolatione sententiæ saltem duo ex Consulibus dictæ Artis debeant esse præsentes.

ANNOTATIONES.

a Insolidum.) Quia officium Consulatus est auctoritate, & vtilitate publicum, l. 1. & ibi Bart ff. de off. Conf. & ideo tenentur insolidum, l. imperator, ff. ad Muncip. l. Magistratus, ff. de Mag. conuen. Boer. dec. 310. Ronchegall. in l. eandem rem, num. 210. ff. de duob. reis, licet inter ipsos habeat beneficium diuisionis, si pro aliqua pœna conueniantur. l. in contractibus, vbi Bart. C. de Iur. Fisci, lib. 10. idem Bart in l. si multi, ff. de publ. Boer. decis. 60. num. 1. Ronchegal. d loco. num. 211. & 212. Secus in officijs auctoritate, & vtilitate priuatis, vt in procuratoribus, qui non censentur insolidum dati, c. si duo de procur. lib. 6. c. iniuste & c. petitio extra eodem, Socin conf. 11. in princip. lib. 1. Ronchegall. in d. l. eandem, num. 236. Vnde factum ab vno tantum est nullum, Paul decis. 104. aliter 105. in fin. Etiam si constituti essent cum clausula cum libera, Paul. dict decis. 104. Gomez. lib. 1. decis. 29. Put. lib. 1. decis. 72. Arct. cons. 66. col. 5. & in l. eandem col pen. vers. tu autem aduerte, ff. de duob. reis. Quicquid in contrarium voluerit Bal. in rub. C. de exercit. act. num. 13. quem sequitur Franch. in c. si duo de Procur. lib. 6. Nisi tamen in fine mandati adesset clausula per eos, vel eorum alterum, cum promissione de rato, Put. dec. 7. de Procur. & lib. 3. decis. 98. Achil. decis. 142. quæ est prima sub titulo de Procur. aliter decis. 61. in Impress. num. 1. Vel essent constituti diuersis temporibus cum clausula non reuocando, Bal. in d. rub. C. de exercit. act. num. 13. in fin. sequitur Atet in d. l. eandem, col. mihi penult. in princip. vers. aut vnus creatur post alium, vel alia concurrerent, de quibus late per Dec. post Abb. in c. prudentiam num. 15. de off. deleg.

b Inchoata.) De iure communi aliud est, quia causa cœpta coram vno consule non potest ab alio expediri, l. vnica, & ibi Bar. ff de off. Consul. nisi subsistente iusta causa, vel impedimento, Stracch. de Mercat. in 2. partic. vltim. part. principalis, num. 2. 3. & 4.

De suspicione Consulum. *Cap. XII.*

ITem, ad calumnias amputandas, & vt citius lites, & iurgia terminentur, statuimus, quod ad allegandum omnes Consules a suspectos nullus de cętero admittatur: sed si quis in principio litis, aut tempore debito ex aliqua rationabili causa aliquem ex Consulibus suspectum habuerit, tunc duos tantum Consules, & non vltra, suspectos allegare possit, etiam si interim pendente lite noui Consules extrahantur: duos enim ex quattuor Iudicibus, tàm breui tempore duraturos, suspectos allegare posse satis est.

AN-

ANNOTATIONES.

Omnes Consules.] Sic etiam de iure communi non potest totum collegium, consilium recusari, Alb. in l. apertissimi, colum. fin. C. de Iud. & in parte t.q. 105. Abb. in c. 1. col. 4. & ibi Dec. nu. 15. ex. de Iud. & esse magis commu- n opinioné testatur Viu. in suis com. opin. in verb. suspecti Iudices, Mascard. tract. de prob. concl. 943. nu. 32. vbi ponit ad partes, lib. 2. Contrarium vide- probari, in c. licèt suspecto, extra de for. comp. tenet Franch. in c. cum spe- li, 10. q. extra de App. Felin in c. 1. nu. 15. extra de Iud. Paris. cons. 31. nu. 49. c. Roland. cons. 19. per totum, lib. 3. Decian. cons. 26. num. 15. vbi de magis mmuni opinione, lib. 1. Rim. Iun. cons. 780. nu. 78. lib. 7. Ioseph. Ludou. decis. ruf. 108. num. 5. Distinguendo concorda, vt prima opinio procedat, quando qui tantum de collegio sunt suspecti, quia ratione illorum non potest totum cusari, & ita loquuntur Doct. Citat. 2. opinio procedat in casu, in quo mani- te apparet de causa suspicionis omnes tangente, vt quia recusantur in causa clesiastica ob ignorantiam Canonum, vt in casu decis. Capic. 138. nu. 7. & in Decian. cons. 26. & ità distinguit Bero. cons. 16. nu. 7. & 26. lib. 3. Pro quo le Surd. in cons. 47. nu. 8. l. 1. Bursat. cons. 295. nu. 18. l. 3. An autem allegato specto capite collegij possint alij de d. collegio procedere, vide Bero. d. cons. nu. 22. lib. 3. Roland. d. cons. 19. nu. 12. lib. 3. Lancellott. de Att post recus. c. 6. 1. Rim. Iun. cons. 780. n. 78. lib. 7. Mascard. de probat. concl. 943. n. 33. lib. 2. sset tamen dici, quod isti Consules, qui habent officium in solidum, vno re- sato possint procedere, vt in simili dicit Achill. decis. 204. aliter 2. de except.

De iuramento officialium [a]. *Cap. XIII.*

ITem, quod Notarius dictæ Artis teneatur Consulibus, Con- siliarijs, Camerario, Assessori, & Defensoribus perman. Cur. Cap. dimissa copia notificare eorum officium, & primam liem, quia illud incipient, in qua die omnes officiales prædicti omparere in Consulatu debeant: &, quid agere debeant, à licto Notario certiores fiant: & de illud bene, ac legaliter, om- ibus semotis passionibus, exercendo, Consules, Camerarius, & Assessor in manibus dictorum Defensorum, & defensores n manibus Consulum iurare teneantur: & omnes Consules, el saltē duo ipsorum singulis diebus iuridicis hora causarum n Curia dictæ Artis personaliter residere [b] teneantur: ita quod olentes in ipsa Curia litigare, congruam ab eis audientiam abere possint, & eorum causas expedire.

ANNOTATIONES.

a De Iuramento Officialium.] Quod etiam de iure communi præstandum est, c.veniens extra de iureiur. §.quia verò multæ Auth de Iud. Boer.in tract. de Custod.Clau.n.53.Franc.Marc.q. Delfin.264.n.1.tom.1.& de hoc iuramento, & alijs vide latißimè, Afin in tract. de execut. §.8. per totum, & Not. quia aliud est iurare se seruaturũ statuta; aliud verò, cõtenta in Statutis. Primo enim casu, si reuocentur Statuta, liberatur quis à Iuramento: secùs autem in 2. casu, Bald.in Prælud.Feud.col.5 vers.item nos dicimus. Dec.in c. cum venerabilis, nu.23.extra de except. Decian.cons.29.nu.83.lib.2.& cons.50. num.27. lib.1. Sed, quare in hoc Stat.nulla fit mentio de iuramento Notarij? quia Notarius iurat in principio Notariatus, glos.sollemnis, in l.quædam, §.nummularios, ff.de Eden.Bald.post glos.in c præterea, vbi etiam Felin.expressè, col. 1. extra de Test.cog. Prout de Not. Visitationum dicit Pauin. in tract. de visit.q.4.2.part. Licèt aliud sit in Notario Inquisitionis, qui non obstante 1. iuramento tenetur iterum iurare tantum negotium fideliter exercere, clem.1.§.porro.coram, vers. & quia, vbi glos.in verb.Iurabunt, & ibi Anch.& Imol.extra de Hæret. Nicol. Arelat in tract.de Hæret.not.36.nu.2.

b Residere.] Quod est de Iure, & mandat hoc etiam Stat.Vrb.lib.3.cap,33. de off.per subst.non exerc.vndè putarem non residẽtem personaliter posse emolumentis priuari, vt habetur in d.Stat.de quo vide Corn. cons. 157. nu.4. & 8. lib.4.

c Audientiam.] Legant Iudices Affl.super Const.Baiulos lib.1.rub.73.nu.1. & seqq. & agnoscent eorum debitum.

a *De officialibus syndicandis* [a]. *Cap. XIV.*

ITem statuimus, quod omnes Defensores, vel saltem duo eorum teneantur, & debeant Artis huiusmodi Consules, Camerarium, Assessorem, Notarium, & Camerarium ludorum Agonis, & Testaciæ de gestis, & administratis per eos infra b mensem [b] futurum post finitum eorum officium syndicare, & illos aut absoluere, aut condemnare. Quibus Defensoribus Camerarius Artis pro tempore existens teneatur intimare, quando, & quales officiales eorum officiũ finierunt, infra decem dies, & contra eos corã dictis Defensorib.procedere vsq.ad sẽtentiã inclusiuè, sub pœna vigintiquinq. scutorũ, Cameræ Artis applicãdorũ, post dictos decẽ dies per Consules irremissibiliter ab ipso Camerario exigẽdorum. Et nihilominùs Notarius in locum dicti Camerarij contrafacientis teneatur contra dictos officiales coram dictis Defensoribus ad syndicatum vsque ad

sen-

ntentiam inclusiuè procedere, sub eadem pęna, exigenda supra: & Defensores, vocata congregatione, quæ aut se ngregauerit, aut non, omninò sententiam in Consulatu pucè [c] ferre teneantur.

ANNOTATIONES.

De Officialibus Syndicandis.] An Princeps possit remittere officiali Synatum, dic, quod non, quia est de iure diuino, Castr. per illum tex. in l. manci. C. de ser fug. Paris. de Synd. in princ. nu. 5, quod tamen de consuetudine non atur, vt dicit Affl. super Const. Regn. lib. 3. rub. 27. nu. 26. & maximè in hoc bunali, vbi potiùs ex prauo abusu, quàm consuetudine remissus est. Si ta- Princeps remittat Syndicatum cum clausula non obstante, non censebitur issa Syndicatio de Barattarijs, & illicitè extortis, l. si seruus in fin. & hoc tenet Bald. de leg. 1. Bart. in l. si quis rationes, ff. de lib. leg. Affl. super Const. n lib 1. rub. 93. nu 4. & l. 3. rub. 27. nu. 26. vbi quod benè potest Princeps reuiare tempus à Statuto præfixum, quod est indubitatum. An autem Synri debeat, qui communiter ab omnibus laudatur, dic quod non Bald. in m testamento, C. de Testam. refert Catald. de Boncomp. in tract. de Synd. 32. Idem putò de eo, qui maximam, vel eminentem dignitatem adeptus argumento eorum, quæ habentur in l. 1. post med. ff. de off. Præt. c. super lits extra de rescript. Bald. in l. ambitiosa, n. 27. ff. de Decret. ab ord. fac. Ruin. f. 45. nu. 10. lib. 3. Cephal. cons. 39. nu 10. lib. 1.

nfra mensem.] De iure communi Syndicatus durat 50. diebus, l. vnica, t omnes tàm ciuil. quàm milit not. in l. 2. ff ad leg. Iul. repet. l. 2. C. de Assess. in tract. de crim. læs. maiest. q. 42. nu. 1. Paris. de Synd. in verbo, an potestas, 17. Affl. super Const. Regni, lib 1. rub 93. nu. 3. Hodiè verò in omnibus ferè s abbreuiata sunt tempora Syndicatus, Statutis ita disponentibus, quæ obanda sunt. Clar. in § fin. q 35. vers. præterea.

erre teneantur.] A qua sententia non datur appellatio, quia præsumitur ea, ex quo non condemnantur officiales nisi ex probationibus apertissimis, in l. 1. C. vt omn. iud. Marant. in Specul. part. 6. tit. de appell. nu. 204. & est Vrb. lib. 1. cap. 175. vt à sent. Synd. non appell.

Quod Camerarius teneatur finito officio reddere a rationem. Cap. XV.

Tem, quod Camerarius teneatur librum [b] tenere, in quo diligenter adnotare debeat introitus, & exitus Cameræ tis, & Notarius alium librum, vt dicitur lo Incontro, in quo ro, & per Notarium adnotentur omnes introitus, & exitus ędicti: & si aliquis exitus extiterit adnotatus in libro Cameij, qui in libro Notarij non fuerit repertus, & per duos sal- tem

tem Consules in scriptis mandatum non esset, vt solueretur, nullatenus fides dicto libro Camerarij adhibeatur, & finito eius officio, infra octo dies immediatè sequentes de receptis, solutis, & administratis per eum Defensoribus Artis rationem reddere debeat, & teneatur, sub pęna viginti scutorum, Cameræ Artis applicandorum, in qua per dictos DD. Defensores condemnari debeat; & nihilominùs cōputum reddere teneatur, facto autem calculo, si reperiretur penes eundem Camerarium aliquid superesse de prouentibus ad Cameram prouentis, totum, id quod superesset prædictus Camerarius teneatur, & debeat statim suo in dicto officio successori assignare, infra octo dies post factum dictum calculum immediatè sequentes, sub pęna quadrupli eius, quod repertum fuerit superesse, in quo quadruplo dicti Defensores teneatur talem Camerarium contemptorem condemnare, & condemnatum ad soluendum iuris, & facti remedijs opportunis cogere, & si voluerit se de aliquo in Curia Consulum reclamare, non audiatur c, donec pęnam soluerit, computum dederit, & residuum satisfecerit, &, si audiretur processus in eius fauorem facti, & faciendi, sint ipso iure nulli; & quandocumque coram quocunq. Iudice dici possit de nullitate, & nullo modo reualidentur, nisi præmissis adimpletis: quibus satisfactis, processus ipso facto efficiantur validi, nec vlteriùs valeat dici de nullitate.

ANNOTATIONES.

a Reddere rationem.] Quod est generalę in omnibus administratoribus rerum alienarum, vt latè prosequitur Roland. cons. 49. lib. 1. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 209. Cephal. cons. 309. nu. 1. lib. 1. Et de istis exactoribus, & Camerarijs, est tex. in l. 2. §. 2. C. de adm. rer. ad Ciu. pert. l. neminem, C. de suscept. lib. 10. lib 1. C. vbi de Ratioc. agi oport. Alex. cons. 206. num. 12. & 13. lib. 2. Franc. Marc. q. Delfin. 440. part. 1. Sed iste noster Camerarius liberatus est ab huiusmodi redditione rationum, quia liberatus est ab exactione pęnarum, quæ hodiè in magnum damnum, & præiudicium habentium tenutas ex quodam prauo abusu non exiguntur.

b Librum.) Quem tenentur omnes administratores conficere. l. 1. §. officium, ff. de Tutel. quæ habet locum in quocumque administratore, secundum Rom. cons. 414. Socin. Iun. cons. 74. num. 1. lib. 3. Menoch. de Arbitr. Cas. 209. num. 10. Et debet esse clarus, ad distinctè confectus, data, & accepta ordinatim continere, l. apparitores, ibi, Collationum summas, C. de exact. lib. 10. l. neminem, ibi,

us totaliter. C. de suscept & arcar. l. 1. ibi causa, & summa comprehenda- C. de Apoch. publ. lib. 10. Et punitur exactor, quia aliqua omisit scribere ró, iuxta l. excellentia, C. de Erog. milit. annon. l. 12. Rol. à Vall. conf. 49. . 29. lib. 1. vbi quod in duplum; Bellon. conf. 32 num. 1. Bursat. late . 325. & conf. 326. lib. 3. licet conetur eum defendere Ias. in conf. 5. . 1. & 2. l. 1. Sic etiam tenetur de dolo, si in libro non expressit genus mo- , in quo pecunias receperit, & potest de furto puniri, Cassan. in Catal. glor. d in 6. part. Bursat. conf. 325. num. 61. l. 3. Quidquid in contrarium volue- lciat. conf. 110. num. 12. cum seq. aliter conf. 12. l. 5. tom. 2. quia loquitur rgentarijs publicis habentibus mensam paratam, non au em in istis priua- salariatis Camerarijs, qui tenentur pecuniam restituere in eadem specie, ia acceperunt, l. vnica, C. de aur. publ. persecut. lib. 10. & ibi Bart. & alij, com. inter com. opin. diuers. tom. 1. tit. de vectig. num. 50. fol. mihi 650. vbi l nec possunt pecuniam in flor. reducere, nec flor. in pecuniam. on audiatur.) Condemnatus ad reddendam rationem potest appellare, ta- appellatio non retardat executionem, & redditionem rationis, Ang. in §. omus in fi. in Auth. de sanct. Episcop. Marant. de Ord. Iud. in 6. part. in 2. rincipale, num. 187. vers. 10. limit. Borgnin. de tut. & cur. fol. mihi 119. nu. & seqq. vbi quod neque potest petere fieri compromissum.

De imbussolatione Officialium. Cap. XVII.

Tem, quod Consules dictae Artis, qui vltimi reperientur imbussolati, in principio mensis Decembris teneantur[a] ari facere dictos quattuor Defensores per mand. Cu. Cap. imbussolationem officialium dictae Artis faciendam pro cer- oco, & hora, domi dimissis copijs: &, si vocati vltra duas ias partes non venient, citentur similiter pro alio die, do- dimissis copijs: &, si similiter non venient vltra duas tertias tes, iterum similiter citentur: &, si accesserint duae tertiae tes, vel non, sed saltem sit medietas vocatorum, dictam solam pro tribus annis integris ad plus dicti Consules, & fensores facere teneantur, ac potestatem habeant imbus- tionem praedictam pro dicto tempore faciendi, & ordinan- & talis ordinatio taliter facta, & ordinata valeat, & teneat, perinde obtineat roboris firmitatem, ac si facta, & ordina- ffet per totam vniuersitatem dictae Artis: non obstantibus buscumque Statutis, seu Capitulis dictae Artis, aut consue- inibus, & alijs quibuscumque huic Statuto quomodolibet trarijs, vel aduersis: ita tamen, quod non possint aliquem aliquod officium Artis huiusmodi eligere, aut imbussolare,

qui

qui de dicta Arte, non fuerit à Statuto comprehensus, &,si secus fecerint, talis electio, aut imbussolatio, de illo, qui de Arte huiusmodi non fuerit, facta,vel ordinata, non valeat. Quas quidem imbussulationes, vel earum aliquam, postquam, sicut præmittitur, factæ fuerint, & ordinatæ, nullus audeat, vel præsumat rumpere, tollere, destruere, aut violare, sub pœna vigintiquinque scutorum auri, Cameræ dictæ Artis applicandorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, & de facto auferendorum per Cõsules dictæ Artis, qui in talibus delinquentes posint, teneantur, & debeant omni tempore, & sine aliquo processu punire: hoc tamen addito, quod, si dicti Consules, & Defensores in faciendo dictam imbussolationem ad inuicem fuerint quoquo modo discordes, tunc maior pars eorum, qui fuerint præsentes, sufficiat ad imbussolationem huiusmodi faciendam, & dictam imbussolationem facere posit, prout eidem maiori parti videbitur; &, quidquid per dictam maiorem partem in prædictis, & circa prædicta factum, & ordinatum fuerit, perinde valeat, & teneat, ac si per omnes dictos Con-
b sules, & Defensores factum, & ordinatum foret [b].

ANNOTATIONES.

a Teneantur.) Quod verbum est præceptiuum, & obseruantiam inducit, clem. exiui, vers. item ordo, de verb. signif. Paris. cons. 19. num. 132. lib. 2. Rol. cons. 70. num. 64. lib. 3.

b Ordinatum foret.) Quia furtum à maiori parte censetur ab omnibus factum, l. quod maior, ff. ad Municip. l obseruare, & l nominationem, C. de Decur. lib. 10. l. aliud, §. refert, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de Reg Iur. de quo vide in materia Ancon. in tract. de Mercat. in 2. particul. vltimæ part. num. 3. & latius Vincent. Franc. decis. Neap. 2.

De modo eligendi officiales in locum impeditorum, vel mortuorum. Cap. XVII.

ITem, quod, si in aliqua electione, seu tracta officialium dictæ Artis, aut postquam fuerit facta electio, seu extractio, aliquis officialis deficeret, aut is, qui extraheretur, non esset de dicta Arte, seu, qui extractus fuerit, esset mortuus, aut absens, vel aliter impeditus, aut se absentaret, aut more-

retur

etur, vel aliter fieret quo minus dictum officium exercere posset [a], Consules dictæ Artis, qui in dicto officio erunt, in locum illius alium eligere, vel commutare, seu subrogare quanto citius teneantur, ac possint, & potestatem habeant plenariam in prædictis faciendi, ordinandi, & disponendi, prout eorum [b] discretioni videbitur: & hoc non vendicet sibi locum quando officiales, quos sciolros appellant, imbussolati essent: quoniã eo casu volumus, quod scioli huiusmodi extrahantur.

ANNOTATIONES.

Exercere posset.) Vt si senex, & infirmus esset; quia iuste potest recusare, l. 1. & l. fin. C. qui æta. & late multos casus distinguendo ponit Petr. de Antib. in tract. de Muner. 3. part. principali à num. 8. vsque ad 12. Et generaliter, quæ causæ à muneribus excusent, ponit late Io. Vgolin. in tract. de off. q. prælat. part. 2. tt. de Muner. excus. per tot.

Prout eorum discretioni.) Spectat enim ad Superiorem, Iudicare, num causa sit iusta, vel iniusta ad excusandum, vt est text expressus, in l. nemo iudex, C. de Decur. lib. 10. & quid importet hæc clausula, ponam infra.

De potestate data Consulibus disponendi in Statutis. Cap. XVIII.

Item, quod si aliqua fuerint in dicta Curia à scutis sex infra peragenda, aut terminanda, de quibus præsentia Statuta non disponerent [a], Consules dictæ Artis, qui pro tempore fuerint, habito colloquio, & deliberatione aliquorum virorum de Arte, super illis possint, & valeant secundum [b] eorum discretionem procedere, agere, & terminare: de qua deliberatione patere debeat ex actis Notarij dictæ Curiæ.

ANNOTATIONES.

a Non disponerent.) Quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, c. insinuante, extra de off. deleg. l. de ætate, §. ex causa, ff de pœn. glos. in l. 1. ff. de except. rei Iud Franc. Marc. q. Delfin. 93. num. 9. tom. 1.

b Secundum eorum discretionem.) i. discretam inspectionem, l. duos reos. ff. de Verb. oblig. Paris. cons. 11. num. 186. lib. 2. & hæc clausula importat arbitrium boni viri à Iure regulatum, glos. in c. cum virum, de Regul. Ias. in l. si sic num. 8. de leg. 1. Alex. cons. 33. num. 4. lib. 1. Paris. d. cons. 12. num. 187. & cons. 9. num. 67. lib. 2. Paris de Put. in tract. de Synd. tit. de Arbitr. num. 16. & tt. seq. num 10. Calcan. cons. 28. num. 7. & 8. Socin. Iun. cons. 121. num. 32. lib. 1. Menoch. de

Arbitr. q.8. num.24. Rim.Iun. consf.351.num.46.& 47. vbi ponit differentiam inter discretionem, & conscientiam, lib.4. Hinc committens se discretioni sui inimici censetur se commisisse iuxta arbitrium boni viri, Petr. Bell. in tract. de re milit tit.2.num.66. Et hæc clausula idem importat, quod illa, secundum eorum prudentiam, quæ & arbitrium (relegatum tamen) concedit. Iaf.in l. si sic legatum, nu.9.de leg.1.Felin.in c.1.col.antepen.de Const. Menoch. de Arbitr. d.q.8.num.26.

a De festo Assumptionis B. a Mariæ. Cap. XIX.

ITem, quod illi Consules, qui fuerint in dicto festo Beatæ Mariæ, teneantur, & debeant facere, & ordinare festum huiusmodi cum omni honore, & veneratione, prout melius, & honorabilius poterunt, ac fieri facere duo dopleria, & alia necessaria, prout hactenus Camera Artis consueuit.

ANNOTATIONES.

a Assumptionis B.Mariæ.) quod tunc temporis magno cum honore & pompa celebrabatur: fiebant enim illa die quædam sollemnitates in honorem Assumptionis B. Mariæ, in quibus omnes tam nobilium virorum, quàm aliorum artificum societates interueniebant, & vnaquæq; dopleria suæ artis, & insignia ferebat, sed postea ob incredibilem concursum secutò excessu in personam cuiusdam Nob.Rom.fuerunt prohibita. Vidi ego similes sollemnitates Perusiæ, dum ibi essem Locumtenens de anno 1593. in festo S. Herculani, & aliorum Sanctorum, in quibus Collegia artium ordinatim incedunt cum eorum insignibus depictis tamen in fronte, & melius vidi in Ciuitate Maceratæ de anno 1599. in festo sancti Iuliani, dum ibi fui Auditor Illustrissimi, & Reuerendiss. Card. Iustiniani, tunc Prouinciæ Marchiæ, Asculi, Montaneæ, & Præsidatus Legati, & parentis optimi, quando totam illam Prouinciam, non tantum fame maxima, sed exulum, & crassantium incendijs, & latrocinijs oppressam, mira liberalitate, & annonæ copia, miro quodam regendi modo, ac penè diuino liberauit. Et in pluribus locis audiui similes sollemnitates celebrari. Ideo superfluum est hoc loco recensere.

De ordine seruando in collecta pro festo Assumptionis Beatæ Mariæ, salario Assessoris, & alijs peragendis. Cap. XX.

ITem, quod collectio pecuniarum taliter ordinetur, & fiat, a videlicet quod Consules a dictæ Artis de tracta mensis Iunij teneantur, & debeant colligere, & exigi facere quolibet anno ab hominibus dictæ Artis pro dicto festo faciendo, salario, As-

b c Affessoris b soluendo, & alijs Artis necessarijs c peragendis in hunc modum, videlicet, iulios quattuor à qualibet persona habente aliquam possessionem terrarum, & animalia: ab illis verò, qui tantùm possessionem, & non animalia, vel animalia, & non possessionem habuerint, iulios duos singulis annis: necnon à portitoribus grani pro quolibet iulios duos: à quolibet argasterio lignorum iulios duos: à quolibet magazeno lignaminum iulios duos: à quolibet venditore ordei ad minutum iulios duos, & sic quilibet de prædictis anno quolibet soluere teneatur: hoc addito, quod, si plures fratres essent, qui communiter viuerent, non teneantur nisi vnam tantùm facere solutionem anno quolibet: si verò separatim viuerent, quilibet dictorum d fratrum per se soluere teneatur d.

ANNOTATIONES.

a Quod Consules.] possunt etiam Collegia, & artium Vniuersitates ad instar Ciuitatum imponere collectas, Imol. in c. fi. in fin. extra de ijs, quæ fiunt à maior. part. cap. Felin. in cap. cum omnes, num. 16. extra de Const. Immò etiam possunt imponere collectam sine licentia superiorum, pro rebus tamen necessarijs, Socin. Iun. conf 38. num. 8. lib. 1. Nicol. Festas. par. 1. tit. qui collect. in d. cap. 2. nu. 17. & 18. quod est verum de tolerantia, non autem de Iure.

b Salario Affessoris.] Sic etiam de Iure communi potest vniuersitas imponere collectam pro salario Prætoris, Bart. in l. vnica, col. 3. vers circa primum. C. de Mult. & in quo loc. lib. 10. sicut etiam pro Salario medici, Rebuff. in l. 1. C. de superind. lib. 10. Nicol. Festas. in d. tract. de æstim. part 2. tit. qui solu. collect. cap. 4. num. 54. & 55. vbi quomodo sit imponenda, Decis. Pedem. 95. nu. 26. vide Bar. in d. l. vnica, col. 4. vers. circa primum. C. de Mult. & in quo loc. lib. 10. Natt. conf. 183. num. 1. lib. 1. Bursat. conf. 16. num. 29. lib. 1. Moder. in tract. de locat. & conduct. part. 2. q. 11. num. 3.

c Artis necessarijs.] Quia collecta imponi debet pro rebus necessarijs, Alex. in l. 4. §. actor, num. 13 de re Iud. & conf. 98. num. 4. lib. 6. Ias. consil. 71. col. fin. lib. 3. Et Not. quod collecta debet solui ab ijs, qui percipiunt fructus ex suis mercibus, & industria. Luc. de Pen. in l. 2. q. 16. & in l. 3. C. de Feud. limitroph. l. 11. Rol. conf. 66. num. 37. lib. 1. Mandell. Alb. conf. 40. num. 7. Et quomodo probetur solutio collectæ, ponit Io. de Amic. conf. 8. num. 34. Nicol. Festas. in tract. de Collect. par. 3. Natt. conf. 406. num. 11. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 316. cum ibi citat. cui adde Simon. de Præt. consil. 170.

d Soluere teneantur.] De hoc est text. in l. si hi qui, C. de Filijsfam. & quemad. lib. 10.

De recusantibus soluere pro festo, & Assessore. Cap. XXI.

ITem, quod quilibet Arti huiusmodi subiectus, & quicumque alius, qui forum dictæ Artis quomodolibet sortiretur, teneatur, & debeat secundum modum prædictum singulis annis soluere, si quis autem, vt præmittitur, non soluerit, non audiatur [a] in aliquo, si voluerit in dicta Curia contra aliquem ius petere: &, si audiretur, processus in eius fauorem facti sint, ipso iure nulli: & quandocumque coram quocumque Iudice, etiam ecclesiastico, de nullitate dici possit, nec possint reualidari, nisi soluto quadruplo: quo soluto, efficiantur ipso iure validi, nec vlteriùs dici posit nullitate, & nihilo minùs ad soluendum, vt supra, cogi possint.

ANNOTATIONES.

a Non audiantur.] De simili Statuto Ferrariensi vide Rim. Iun. cons. 589. nu.24.lib.5.& cons.526.nu.55. lib.4. Et, quod non debeant audiri etiam per modum defensionis, dixit in terminis de hoc Statuto, Bald. in l. vbi pactum, nu.10. C. de Transact. Non tamen hoc statutum impedit Iudicem, quin procedat ex officio, Batt. in l. non solum, §. quamquam, ff. de Immun. & in l. quæsitum, vbi Alex. nu.2. ff. de in Ius voc. pro quo vide Rom. cons.214. & ibi Add. Possunt etiam aliæ pęnę imponi non soluentibus collectas, de quibus Bald. in l. ambitiosa, C. de decret. ab ord. fac. Iul. Ferrett. in tract. de Gabell. nu.419. Et quod bona vendi possint, probat l. vnica vbi glos. in verbo distrahantur, C. de vendit. Rer. Fiscal. lib.10. Cott. in Memor. in verbo Collecta in fin. Quia collecta exigitur summarie, § coges, in Auth. de Mãdat. Princip. Bald. cons.238. l.1. Crauet. cons.111. col.1. in princip. l.1. Roland. cons.32. nu.6. lib.1. Rim. Iun. cons.95. n.16. lib.2. Surd. cons.168. n.16. lib.2. Nec requiritur Citatio, sed sufficit solum præceptum, vt soluant, Bald. cons.434. licèt lib.3. Asin. in prax. Iud. §.2. cap.31. nu.2. Nec admittitur Appellatio, l. abstinendum, C. quorũ app. non recip. Feder. de Sen. cons.81. laicus de prædio suo. Licèt venditio bonorum, & pignorum non sit facienda ex abrupto, sed seruandæ sollemnitates Statutariæ, l.1. & 2, C. de Fid. Instr. & Iur. hast. Fiscal. lib.10. Bald. cons. vlt. l.5. Aym. cons.111. nu.19. lib.1. Roland. cons.32. nu.17. lib.1. cum alijs per Surd. cons. 68. num.56. lib.2. vbi plura ad hanc materiam. Not. tamen, quod stante Statuto, quod quis non audiatur, nisi soluerit collectam, soluta collecta, statim, & sine aliquo ministerio poterit audiri, Bald in l. puto, §. si quis, num.2. ff. de Postula. Quia pęna contumaciæ semper est temporalis, c. ex litteris extra de Const.

e ijs, qui intelliguntur esse de Arte, & qui non possunt forum renunciare. Cap. XXII.

ITem Matriculam [a], quæ de hominibus Artis antiquitus fieri solebat, cassantes,& annullantes,volumus,quod om-s personæ,cuiuscumque status,gradus [b], aut dignitatis exi-nt, intelligātur esse de Arte Agriculturæ,qui aliquod exer-ium de exercitijs dictæ Artis, & ad ipsam Artem pertinen-us, faciunt, & administrant, per se [c], vel alium, seu alios rum nomine. Item & illi, qui aliquam possesionem, vel ca-le, seu pedicam, aut balsolum terræ,aut syluam,nemus,pan-num,vel pratum,aut quæcumque animalia quadrupeda pro ctæ Artis exercitio habuerint,necnon omnes,& singuli, eorū era,& labores impendentes in aliquo exercitio dictæ Artis, delicet seminando quodcumque bladorum, leguminum, vel imentorum genus, aut colendo, & cultiuando terras quo-odolibet pro prædictis, mundando, seu metendo, aut falciā-,coadiuuando, tragliando, aut deferendo blada, legumina, t frumenta, animalia tenendo, & custodiendo, ipsaque, vel quod eorum,aut lanam, caseum,seu quoscumque alios fru-us animalium, & casalium, aut possessionum prædictarum nendo,aut vendendo,aut quoduis aliud exercitium in prædi-s,& circa prædicta faciendi,ita quod omnes,& singuli,qui in ædictis, & circa prædicta, & inde pendentibus ab eisdem quod exercitium fecerint, necnon bubulci, vaccarrij, buba-rij, carrarij, iumentarij, gargarij, pecudarij, caprarij, porca-, casenghi, asinarij, mulaterij, buttari, & alij quicumque imalium pastores, & custodes etiam tenimētorum, seu guar-ani, quocumque nomine nuncupati, mundatores, sementa-res, lignorum incisores,& habentes magazena lignaminum, rpatores, messores,adunatores, tragliatores, furcinatores,& cturales frumentorum, aut bladorum, seu straminum quo-mcumque, & tenimentorum cultores, fœnorum secatores, ecnon portiores grani habentes argasteria, mensuratores fru-entorum, & leguminum, venditores ordei ad minutum, de

Arte

Arte prædicta omninò esse censeantur, qui non possint forum dictæ Artis super rebus prædictis quomodolibet declinare, immo foro, & iurisdictioni Curiæ Artis prædictæ, occasione dictarum rerum, & cuiuslibet earum, intelligantur esse omninò suppositi, & subiecti: quibuscumque in contrarium editis etiam Statutis Vrbis, & aliarum artium Vrbis, & priuilegijs Doganerio Doganæ pecudum, & affidatis ab eo concessis, vel concedendis, non obstantibus. d

ANNOTATIONES.

a Item Matriculam.] In qua olim describebantur homines huius artis, & per eam declarabantur comprehensi in hac arte, Bal. & Salicet. in l. scriniarios, C. de Milit. test, Soccin, Iun. cons. 138. nu. 12. lib. 3.

b Gradus.] ergo etiam Clerici comprehenduntur, quibus permissum est exercere Agriculturam, c. clericus 91. distinct. sicut & mercaturam, l. 2. C. de Episc. & cler, de quo vide Dec. cons. 115. & latius Stracch. Ancon in tract. de Mercat. part, 3. à num. 4. vsque ad 11. & tales clerici amittunt de Iure fori priulegium in ijs. quæ dictam artem concernunt, clem. fin. de Censib. & ideò conueniri possunt coram Consulibus illius artis, Specul. in tit. de Reo, vers. Clericus facit, cap. fin. de vit. & honest. cler. l. 2. C. de Episcop Aud. Bertachin. in tract. de Epis. lib. 4. part. 1. n. 26, & seq. non enim conueniuntur, vt clerici, sed tamquam laici mercatores, Stracch. De Mercat. part. 3. nu. 8. & 9. & in tit. quom. in caus. mercat. in 2. particul. vlt. part nu. 17.

c Per se, vel alium.] Sic etiam in simili dicitur Mercator exercens per se, sicut per alium, Alciat, in l. mercis. ff. de verb. signif. Ias. in l. scriniarios, nu. 8. C. de testam. milit. Stracch de Mercat. par. 1. nu. 66. licèt aliud sentiant in Statuto propriè loquente, Dec. cons. 268. in princ. Aym. cons. 100. in princ. Quod tamen satis declaratum est in hoc Statuto, in quo tam domini, quam serui, & laborantes comprehenduntur.

Super quibus rebus Consules possint iurisdictionem exercere.
Cap. XXIII.

ITem, quod Consules dictæ Artis, qui pro tempore fuerint, possint, & valeant procedere, cognoscere, & terminare, ac iurisdictionem habeant, & omnimodã potestatem procedendi, cognoscendi, & terminandi inter homines dictæ Artis, cuiuscumque gradus, status, condicionis, aut dignitatis existant; & quoscumque alios, qui aliquid de rebus pertinentibus ad ipsam Artem quomodolibet exercerent, vel in ipsis quomodolibet

libet se immiscuerint, de omnibus,& singulis,ac quibuscunque
a rebus, seu negotijs ad Artem huiusmodi pertinentibus[a], & specialiter de,& super quibuscumque animalibus tàm grossis, quàm minutis, apibus, & alucarijs,casalibus, terris, pratis, pascularijs,& alijs quibuscumque possessionibus ad Artem ipsam pertinentibus, necnon locationibus,& venditionibus casalium, herbarum, gladium, & animalium quorumcunque,& eorum pretijs, socitis, staglis, melioramentis, herbis, pascuis, spicis, feno, frumentis, bladis, leguminibus, glandibus,castaneis, siluis, lana, caseo, lacte, & alijs fructibus quibuscumque possessionum, & animalium prædictorum, messionibus, tritaturis, forcinatoribus, vecturis, falciaturis, sementationibus,ac mundaturis, & alijs operibus quibuscũque necessarijs ad prædicta, necnon diuisionibus, & confinibus dictorum casalium, & animalium prædictorum, & pretijs eorundem, ac pro pretio animalium, etiam contra macellarios, pro pretio grani contra furnarios, & portitores, & contra quoscumque alios ementes, & vendentes aliquid de contentis in Statuto, etiam quod venditio fiat ad minutum, necnon de salarijs pastorum, aliorũque famulorum, & operariorum huiusmodi rebus inseruientium, ac etiam de damnis datis in herbis, glandibus, castaneis, spicis, bladis, pratis, & pascularijs, syluis, stirpariis, furtisque rerum ad dictam Artem pertinentium, vineis, cannetis, & de lignaminibus, in magazenis, vel extra existentibus, & etiam de carbonibus, & carbonarijs, ac custodibus tenimentorum, seu guardianis, eorumq. salarijs, & de omnibus, & singulis alijs, quæ ad dictam Artem pertinere noscuntur, & de rebus dependentibus ab eisdem, & eorum occasione, & in casibus in huiusmodi Statuto expresis: non obstantibus, quod ij, contra quos procederetur, non essent de Arte huiusmodi: ita, quod super prædictis rebus, quas omnes ad dictam Artem statuimus pertinere, vel aliqua earum, & earum occasione non possit aliquis forum Curiæ dictorum Consulum aliqualiter declina-
b re[b]; sed in,& super prædictis Curia dictorum Consulum omnibus sit, & esse debeat competens forum, & in dicta Curia
c quilibet super prædictis agere, & respondere teneatur[c]: non

obstan-

obstantibus, quod de dicta Arte non essent, seu aliter forte esset per statuta aliarum artium in contrarium dispositum: & nullus Iudex ordinarius Vrbis de prædictis ipsis [d] Consulibus inhibere valeat, & inhibendo inhibitiones sint nullæ: & illis Consules, & partes non teneantur parere [e]: & illis, & contrauentionibus, & incursu pęnarum in dictis inhibitionibus contentis, non obstantibus, in Consulatu procedi posit sine vitio attentatorum.

ANNOTATIONES.

a Pertinentibus.] Sicut etiam de Iure communi non possunt cognoscere causas extra negotium Mercaturæ, vel Statuta condere, Bald. in l. fin. C. de Iurisd. omn. Iud. & in tract. de const. nu. 12. Ang. conf. 6. incip. data est. Nisi aliter consuetudo fuerit interpretata, vt dixi supra capitulo primo. Et pertinere etiam dicitur, quod ex consuetudine pertinet, Innoc. Abb. & alij, in c. cum ad sedem, de Rest. spol. Bero. cons. 51. nu. 30. lib. 2. Possunt tamen etiam super incidentibus connexis, & dependentibus cognoscere, Castr. post Bald. ibi citat in l. cum vendente, nu. 3. C. vbi caus. Fiscal. Ias. in l. si plures nu. 7. ff. de vulg. & pup. Bero. cons. 7. nu. 32. lib. 3. Stracch. de Mercat. tt. quom. in caus. mercat. in 2. particul. vltimæ partis, nu. 12. Possunt ergo cognoscere de pœnis adiectis in cõtractibus, l. quicumque, §. si ei, & ibi Castr. ff de Inst. Stracch. vbi supra, nu. 12. & de delictis occasione agriculturæ patratis, Salicet. in l. fin. nu. 4. C. de iurisd. omn. Iud. & apparet infra cap. 62. & 63. licèt aliud de iure tenendum videatur ex ijs, quæ ponit Stracch. d. loco, tit. quom. in Caus. mercat. nu 13 & 15.

b Aliqualiter declinare.] facit l. fin. C. de Iurisd. omn. Iud. & quod dicitur in simili de Mercatore, qui non tenetur sequi forum rei contra regulas Iuris, Socin. Reg. 10. Fall. 7. Bursat. conf. 74. num. 43. & 44. lib. 1. An autem opponens tantùm exceptiones declinatorias dicatur declinare forum? Bal. in l. si quis in suo. C. de Inoff. testam. tenet, quod non, nisi fuerit per Iudicem pronunciatum, de quo vide Marsil. in l. 15. qui cum telo, num. 35. C. ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. qui falsam, num. 38. ff. ad leg. Cornel. de Fals. Afin. in sua prax. §. 19. cap. 16. num. 3.

c Teneatur.] In petitorio forte, non in possessorio, sicut de feudo agi debet coram domino, non de possessione feudi. Sed certè illud speciale in feudo propter naturam anomalam Iurisdictionis feudorum, Bal. in cap. 1. sub num. 3. de Inuest. in marit. fact. in Vsib. Feud.

d Nullus Iudex.] Hoc non potuissent statuentes, nisi adesset confirmatio Papæ, quia Consules non possunt præiudicare Iudicibus ordinarijs, l. fin. vbi Cyn. in 2. Not. Bal. & Castr. C. de Iurisd. omn. Iud. Stracch de Mercat. in 2. particul. vlt. part. tit. quom. in Caus. mercat. num. 7. & seqq. de quo vide latè per Rol. conf. 80. per totum, & præcipuè num. 8. lib. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. quæst. 40. num. 3. 4. & 5.

e Non teneantur parere.] Quia inhibitio emanata à Iudice non competente non est timenda, l. fin. cum ibi Not. ff. de Iurisd. omn. Iud. Alex. conf. 8. lib. 2. Rot. decis. 6. & 9. de dol. & cont. in nou. Paris. conf. 108. lib. 1. & cons. 172. num. 13. lib. 4. Moed. decis. 85 Bero. conf. 85 num. 24. lib. 3.

De modo procedendi in causis ciuilibus in quibuscunque summis Cap. XXIIII.

ITem, quod in causis ciuilibus cuiuscumque summæ citetur
a Reus vna die pro alia per mand. Cu. Cap. personaliter[a],
b vel ad domum, cum dimissionibus[b] copiæ ad respondendum
c petitioni pro prima[c], & ponat Actor relationem[d], & faciat
d petitionem suam verbalem, quam aliter in scriptis, nisi voluerit, tradere non teneatur, in qua sibi debitam quantitatem, & qua de causa debeatur, exprimere teneatur. Si Reus non comparuerit, citetur pro secunda: citatione seruata, citetur
e pro tertia[e], & tradi mandatum: & tertia huiusmodi citatione descripta, vna cum prædictis alijs citationibus, apud
f acta Notarij, contra dictum Reum non comparentem[f] mandatum de auferendo summam petitam, & expensas tradatur:
g Si verò Reus comparuerit, expensasque[g] contumaciales refecerit Actori, mandatum huiusmodi, firma remanente executione, quatenus facta foret, reuocetur, & in suis defensionibus audiatur. Sin autem rem petitam confiteatur, quindecim dierum currentium terminus ad eam soluendam ei statuatur: quibus elapsis, & ea non soluta, contra ipsum ad soluendum iuxta formam termini semel citatum, mandatum reale, & personale detur. Sed, si Reus comparuerit, & copiam petitionis sibi dari petierit, ea suis expensis tradatur, & eam dicta sequenti die recipere, & reluere teneatur, & alia sequenti die iuridica hora causarum litem contestari, & dictæ petitioni respondere teneatur: aliàs ex tunc lis absque aliqua citatione habeatur sine alicuius Iudicis ministerio pro contestata. quæ responsio, & contestatio retardari non possint per alicuius exceptionis obiectum, etiam litis ingressum impedientis: sed, si quas habuerit Reus exceptiones, post dictam responsionem discutiendæ reseruentur, & ipso iure huius Statuti beneficio reseruatæ esse intelligantur. Si verò petita Reus negauerit, aut ex lapsu termini ad reluendum copiam, vt præmittitur, negatio pro fa-
h cta habeatur, terminus octo dierum[h] vtilium partibus præfiga-

i tur, infra quos teneantur earum probationes facere per i omne
k genus probationis; præterquam [k] instrumentorum publico-
l m rum [l], & cedularum priuatarum, quæ produci possint [m] quan-
n documque ante sententiæ prolationem. Quibus elapsis [n], si pe-
tatur, publicetur processus, & trium dierum vtilium terminus
ad opponendum contra personas, & dicta testium à die habi-
tæ, vel oblatæ copiæ eorundem statuatur, & eis elapsis ad de-
o finitiuam procedatur sententiam. Possint autem [o] dicti Con-
sules, & in eorum absentia Assessor, Camerarius, vel Notarius,
pro tempore existentes, quando eis videbitur, dictum termi-
num probatorium ad quinque alios dies vtiles semel proroga-
p re [p]: possitque etiam Actor, si ei placuerit, citari facere Reum
ad respondendum petitioni, & illam admitti, quam Consules,
Assessor, Camerarius, vel Notarius in eorum absentia, si & in-
quantum admittere debeant, & die sequenti Reum citari fa-
cere ad contestandum, contestariq; videndum litem, ac iuran-
dum, iurariq. videndum de calumnia: aliàs pronuntiari, litem
q haberi pro contestata [q], & iuramentum calumniæ haberi pro
præstito: & sequenti die iuridica, si Reus non comparuerit, vel
iurare de calumnia, & litem contestari neglexerit, Actor ex
r parte sua iuret de calumnia [r], & litem contestetur: quod iura-
s mentũ possit præstari per procuratorem [s], si principalis sit ab-
sens à Consulatu: & Consules, seu in eorum absentia Assessor,
Camerarius, vel Notarius in contumaciã non iurantis, nec con-
testantis pronuntient litem haberi pro contestata, & iuramen-
tum calumniæ pro præstito; quo facto, ad termini præfixionẽ,
& causæ expeditionem procedatur, vt supra; & prima instan-
tia nullo temporis cursu pereat, Statutis Vrbis, cæteris iuribus,
& legibus non obstantibus: & contra condemnatum, vt supra,
ad executionem realem, & personalem procedatur, prout ele-
gerit Actor. Quod si quando, vt à calumniatoribus fieri co-
gnouimus, aliquis conuentus calculari petierit, tunc ex præ-
t sumpta confessione [t] volumus ipsum vlterius ad negandum pe-
titã admitti non debere, sed vnica citatione ad calculandum
præuia, si calculare in iudicio cessauerit, mandatũ executiuum,
vt supra, pro summa per Actorem, seu eius legitimam personã,

m1 medio

medio iuramento credulitatis calculanda, alia citatione præmissa, ad soluendum iuxta calculi Actoris formam relaxetur: à quo non nisi, vt infra dicetur de executione instrumentorum, reuisio peti possit.

ANNOTATIONES.

a Personaliter, vel ad domum] Hæc est forma citandi de iure communi, l. scire oportet, §. qui autem. ff. de excus. Tut. Verall. decis. 111. num. 9. par. 1. Achill. decis. 147. aliàs 17. de dolo, & contum. An autem sufficiat citatio facta domi * absque aliqua perquisitione personæ, communis est opinio, quod non, de qua Socin. in tract. de citat. ar. 17. vers. circa septimum, Afflict. super Const. Regn. lib. 1. rubrica 96. num. 1. cum alijs latè congestis per Tiraq. in tract. de Retract. lignag. §. 9 glos. 2. num. 44. Quibus adde Asin. in sua prax. Iud. §. 6. cap. 1. vbi plures cumulat Rol. conf. 454. & ibi add. in vers. nec præsumitur, vbi de magis ** communi opinione, de qua etiam Claud. Cantiunc. conf. 27. num. 61. & 62. Decian. conf. 18. num. 84. lib. 1. Bursat. conf. 308. num. 7. lib 3. Verall. decis. 111. par. 1. vbi num. 10. requirit Iuramentum Nuncij, quod personaliter reperire non potuerit citandum, de quo Aegid. decis. 309.

Non tamen seruatur hæc opinio de consuetudine, vt per Foller. in pract. crim. fol. mihi 42. num. 28. citatus per Clar. qui etiam de tali consuetudine testatur, in §. fin. q. 31. vers. sed numquid. Et tanto magis est tenenda hæc opinio, stante hoc Statuto, quod est interpretandum, vt aliquid addat Iuri communi, Barc. post Dyn. in l. 4. §. prætor ait, colum. 2. vers. quæro, quid si Statutum: vbi etiam Castr. & Rom. & alij ff. de damn. infect. cum alijs congestis per Asin. in sua prax Iud. §. 6. cap. 3 nu. 2. vers. his tamen non obstantibus. Quando autem permittitur citatio domi, intelligendum est de domo illa, in qua citandus inhabitat tempore citationis, Rom. conf 454. nu. 7. & 8. Corn. conf. 52. num. 7. l. 4. Cum. conf. 56. cum pluribus relatis, per Tiraq. de Retract. lignag. tit. 1. §. 9. gl. 2. num. 27 vbi de communi, quam secuta est Rot. teste Verall. dec. 117. num. 2. l. 1. Hier. Gabr. conf. 31. num. 35. lib. 2. & conf. 52. num. 16. lib. 1. Asin. d. loco, cap. 4. num. 4. Bursat. conf. 308. num. 11. lib. 3. In dubio tamen Citatio præsumitur facta ad domum solitæ habitationis, Alexan. conf. 219. num. 9. lib. 6. Dec. conf. 34. num. 4. Bursat. conf. 74. num. 62. & 99. lib. 1. An autem valeat Citatio facta domi, quando notum est citanti, citandum extra Ciuitatem esse? Dic, quod non, Imol conf. 105. colum. 1. Verall. d. decis. 117. num. 3. lib. 1. Quid autem de citatione facta ad domum Rusticam, ad quam quis recipit se colligendi fructus causa, non vt inhabitet, an valeat? Dic, quod non, Ang. in l. lex Cornelia, §. domum. num. 8. vers. sequitur, in tex. ff. de iniur. Quia citatio facienda est ad domum, in qua quis pro maiori parte anni inhabitat, Ferrar. in sua pract. in form. Resp. rei conu. in glos. in termino, num. 9. Bertach. in tract. de Episc. lib. 1. par. 3. num. 22. cum alijs per Surd. conf. 88. num. 31. lib. 1. Rim. Iun. conf. 113. num. 22. lib. 2. Menoch. conf. 398 num. 24. lib. 4. Idem puto de Citatione facta ad Apothecam, quod sit nulla, quia Statutum mandat fieri ad domum, Bart. in d. l lex Cornelia, §. si tamen, in fin. ff. de Iniur. Marant. in suo Specul. in 8. par. §. proposui. num.

125.Surd.conf.88.num.5.lib.1.vbi num. 17. limitat, nisi citatio esset facta alicui existenti in d.Apotheca, qui esset de familia citati.

b Cum dimissionibus copiæ.] Aliter Citatio non diceretur bene executa, Rot. decis. 123. in Nou. Tolom. decis. 17. Verall. decis. 109. num. 2. par. 1. Sanaretur tamen per comparitionem citati, Bal. in l.fin.C.de procur. Aegid.decis. 364. Verall. decis. 112. lib. 1. & 162. num. 4. lib. 2. Et est dimittenda copia expensis citantis, Clemen.causam, & ibi glos. de elect. glos. in Clemen. 1. in verb. oblatos, vbi Card. & Imol. de Appel. Cassad. decis. 1. de appel. Vestr in sua prax. lib. 3. cap. 6. num. 12. & ibi Add. Verall. decis. 332. num. 3 lib. 1. Crescen. lib. 1. decis. 68. Gomez decis. 30. Paul. decis. 6. Chissanen. 280. Intellige de prima citatione. aliæ enim dantur expensis citati, Achill. decis. 139. alias 9. de dolo, & contum. Rot. decis. 762. tom. 3. diuers. Impress. & decis. 321. num. 4. tom. 10. Limita, nisi pars, aut procurator recusauerit copiam, quia sufficit oblatio, Rot. decis. 761. tom. 3. diuers. Impress. & eo magis, si Notarius in substantia dixerit eis, quod in monitorio continebatur, Peregr. lib. 3. decis. 201.

c Pro prima.] Valet etiam citatio sine die, quia vel intelligitur ad primam, vel quanto citius comparere poterit, Alber. in l. liber homo, §. decem, num. 5. ff. de verb. oblig. vbi etiam Iaf. colum. fin. Innocen. qui communem dicit in cap. fin. qui matrim accus. poss. Felin. in cap. consuluit, colum. 3. de off. deleg. latè Boer. decis. 235. per totam, Menoch. conf. 230. num. 11. lib. 3. Intellige, vt valeat ad causam disponendam, secus autem ad expeditionem actus, Præpos. in cap. cum parati, colum. 4. de Appell. Afflict. super Const. Regn. lib. 1. Rubr. 90. num. 9. Socin. in tract. de citat. art 20. 10. q. & art 29. vers. circa primum membrum, Balb. decis. 306. Put. decis. 252. lib. 2. Citatio autem facta ad primam cum sequentibus, tanquam vaga, & speciem seruitutis inducens, non valet, Franch. in cap. cum parati, colum. 4. vers. verum scriptum, ex. de appell. Put. decis. 152. lib. 2. Sic etiam citatio facta pro singulis diebus, & horis, est nimis vaga, potest tamen sustineri per duos saltem dies, Rot. decisione 311. num. 3. tomo primo diuers. Impress. & Citatio facta de præcedente vltimam audientiam intelligitur de prima die Iuridica, Put. decis. 212. num. 2. lib. 2.

d Et ponat Actor relationem.] est quippe relatio de substantia citationis, Bart. in l. multum interest ff. de cond. & demonstr. Bald. in l. vlt. C. de ferijs, Felin. in cap. gratum, col. 3. de offic. deleg. Gram. conf. 152. num. 5. In tantum, quod, si Iudex, non admissa prius relatione, aliquem contumacem pronunciet, nulliter procedat, etiam si citatio in effectu sit executa, Bart. in d.l. multum interest, in fin. Rim. Iun. conf. 384. num. 33. lib. 4. Et potest relatio citationis fieri etiam in die feriata ad honorem Dei, Salicet. in l. vlt C. de ferijs, Alexand. in l. 2. §. nunciatio, colum 7. ff. de oper. nou. nunciat. & facta semel, non potest amplius per Nuntium reuocari, Alciat. conf. 20. num. 12. tom 1. lib. 2. Bona autem erit relatio, si Nuntius referat se citasset prout habuit in mandatis; Vant. in tract. de null. tit. de Null. sent. ex defect. citat. num. 137. sequitur Ioseph. Ludou. conclusione vnica, tit. de citat. per edict. Quid si referat se fecisse, vt supra? bona erit relatio, sed melior, si exprimat nomina, Aug. l. 3. decis. 355. Quid si referat, se citasse, prout à tergo? bona erit relatio, exhibitis tamen litteris, Hieron. Gabriel. conf. 40. num. 4. lib. 1.

e Citetur pro tertia.] Ad constituendum quem in contumacia requiritur trina Citatio, l. consentaneum, C. quom. & quand. Iud. Decian. conf. 18. nu. 161. l. quod

tamen declarat Cephal.conf.770 num.29.lib.5.vel faltem vnica pro tribus. Felin.in cap.confuluit, num. 13 extra de offi. deleg. In hoc autem Statuto requiruntur tres, vnde non fufficeret vnica, quia eft ad vnguem obferuandum, Aym. confil.254.num. 2.lib.2. Afin.in fua prax.vbi infinitos cumulat, §. 6. cap. 14. per totum, quibus adde Rim.Iun. conf.247.num. 36.l.3.

f Non comparentem.] Debet autem accufari contumacia per partem, l. properandum, §. & fi quidem, vbi Iaf.in quinto Not.C.de Iud.Aym. conf.254. num. 2. Afflict.in Conft.Regn.lib. 1. rubrica 96.num.10. vbi quod ita feruatur Afin. in tract.de execut.§.3.cap.15.& poftea Iudex declaret contumacem, Cephal. conf.770.num.3.lib.5.Declara tamen, vt per eundem Cephal.d.conf.25. Natt. conf.364.num.9.lib.2.

g Expenfasque.] Non enim audiendus eft contumax, nifi refectis impenfis vfque ad vnum quadrantem, l.fancimus, C. de Iud l. 1. ff. fi quis Iufdic. non obtemp.cap.nullus.extra de Præfumpt.Iaf.in d.l.fancimus, in quarto Not.vbi ampliat, & limit. Neuizan. conf. 770.num. 16. lib.5. vbi ampliat etiam in minore contumacia, num.17.& in ficto, num.23.de quo Iaf.in d.l.fancimus, num. 15. & 16. vbi de magis communi opinione. Nec fufficit depofitum, fed cum effectu funt reficiendæ, Iaf. in d.l.fancimus, num.4.Cephal. d. conf.770.numero 20. & 21. Intellige, fi funt liquidæ, vel à Iudice taxatæ, aliàs verbalis oblatio fufficit, Iaf. in dicta l.fancimus, numero 13.vel fufficit cautio, Bald.confilio 3. Incip. per Statutum, lib.2. Afin.in prax.Iud.§.32.cap.2.Ampl.15. num. 4. Si igitur funt liquidæ, etiam parte non petente refici debent, quia debentur officio Iudicis, & ob eius contemptum, Iaf.in d. l. fancimus, num. 4. in feptima. Ampl.Cephal.d. conf. 770. num. 18. Immo etiam fi pars habuiffet iuftam litigandi caufam, adhuc refici debent Caffad.decif.3.num.3.de appel.Conar.pract. 99. cap.27. in fexta conclufione, verf.idem erit, Afin. in fua prax.§.32. cap. 2. Ampliat.3.& Sublim.fecunda primæ limit.principalis. Et, quod magis eft, etiam fi pars contumax obtinuiffet in caufa, l.fi pignora, §.idem fi Papinianus.ff.de pignor. Act. Caball. ad Conft.Marchiæ, lib.5.cap.6.num. 6. Quæ autem expenfæ fint reficiendæ, ponit Afin. in prax.Iud.§.32.cap. 20. in prima fub ampl. 62. Ampliat.num. 4. fol. mihi 206.

h Dierum vtilium.] Hoc fuit neceffarium exprimere, cum aliòqui de iure communi de continuis intelligeretur, l.fiue pars, in fin. C.de Dilat. Abb. in c. fin. circa fin.extra de elect.glof.& Bart in rub.ff.de Diu.& temp. præfcript. Bertrand. conf.83.fuper ifto circa princip l. 2.Parif.conf.37. lib.3.Lap. Alleg.47. in Dei nomine, Achill.decif.2.de Côft.n.2.& 4.Franc. Marc.decif.Delfin.495.n.primo 1.tom.2. Nifi feriæ totam dilationem, vel ipfius maiorem partem abforberent, Hoft. in c. licèt caufam, de Probat.Bald.in l.fi quando, q. 4. C.de Teftam. Lanfranc.in c.quoniam contra, in verbo, dilationes, col.2.de Probat.

i Per omne genus probationis.] Etiam iuramentum fuppletiuum, Gem. in c. 1. §. fi quis 2.num. 2.de except. in 6. Bal.in Auth.fed nouo iure, num. 13. C. fi cert.pet.& in c.fin.num.25.extra de iureiur. & effe magis communem opinionem teftatur Afin.qui ponit hanc quæft.ad part.in prax.Iud §.22 cap.3.per totum, vbi limitat fecus effe, quando datus effet fimpliciter terminus ad probandū.

k Præterquam.] Aliòqui nec inftrumenta producere liceret, Specul. de Dilat. §. vltimo fub nu.7.verf.quid fi data eft dilatio. Et, an lapfo termino ad probandum liceat producere teftes, vel inftrumenta, vide Felin.in vtramque partem

in cap.licet causam,col.9. num. 15. & seqq. vbi ponit concl. pro vtraque parte cum varijs limit.extra de probat. Asin.latiss.in sua prax.§.22. cap. 2. An autem elapso termino possint examinari testes,qui iurarunt,vel finguntur iurasse in termino,quod sic tenuit Rot.decis.3.de Testam.in Nou. Marant. de ord. Iud. act. 3.tit.de Dilat. num.19 & est communis,de qua per Felin.in c licet, causam, nu. 19.lim.16.de probat.vbi eam limitat in quinque casibus, & maximè in termino legali, & dato ad probatum habendum, vt hic, & postea vers. modo aduerte, quam limitationem dat etiam Vestr.in sua prax.tit. de Testib. & eorum Induct. sub vers.denique fieri etiam solent in fin.fol.mihi 96.b.Bell.decis.715.Bal.cons. 153.l.5.cum alijs per Mascard.de probat.q.17.num.38.tom. 1. vbi tamen limitat de æquitate, & idem Mascard.concl.1229.num.78. tom.3.

l .Publicorum.] Hoc subintelligebatur,licèt non esset expressum, quia de communi vsu loquendi,qui attenditur in Statutis,appellatione instrumentorum non veniunt nisi publica,Bart.in l.1. num.2.C.de iureiur. propt. Cal. Rom. cons. 23.num.2.Aret. cons. 51. num.2. cum alijs per Asin.d.§. 22. c.4.vbi de magis communi. Licèt Statutum hoc idem velit in cedulis priuatis, quæ largo modo etiam appellatione Instrumentorum continentur,Bal.in d.l prima,num 6.C.de iureiur. prop. cal. Specul.in tit. de dilationibus, §. videndum, vers. item nota. Asin. vbi supra, num. 11.

m Quæ produci possint.] De simili Statuto Ferrarien. vide quid dicat Rim. Iun. cons. 188.num. 25.lib 2. & est hoc permissum etiam à iure communi, c. cum dilecti,vbi omnes extra de fid.Instru.Bal.cons.351.num.7.lib.5.Bero. in c. quoniam contra,num.209.de probat.Cephal.cons.77.num.34.lib.1.Et maxime in nouiter repertis,Grat.cons.72.in fin.lib.2.vbi de communi,Abb. cons.9. nu. 31.Viu. cum ibi cong.opin.386.Rim.Iun.cons.144.num.16.& 17.lib. 3.In quibus statur iuramento producentis,quod sint nouiter reperta,Balb.decis.23.Viu. vbi supra de communi,Bertazzol,consil.ciuil.20.num.11.lib.1.& cons. 41. nu. 70.eo. lib. 1. quod quando, & quomodo procedat,latè ponit Mascard. de probat.concluf.1229.num.12. & seqq.tom.3. Item in ecclesia,& pupillo,Boer. qui de communi cons. 27.num.18.& seq.Marsil. sing.283.vbi citat Bal. cons. 316. circa fin.lib.4. Felin.in d.c.licet causam col. 10.sub num 16.lim. 11. de probat. Et in eo, qui fuit impeditus Io de Amic.cons.28.num. 1. Afflict. post Bal. in c. satis benè dispositum,§.quoniam inter de prohib.feud. alien. per Loth. num.17. lib.3. Feud.& de communi Asin.qui plures citat in prax.Iud.§.22.cap.2.vers. 2. sublimitatur Mascard.qui latissime tractat hanc materiam impedimenti de probat.concl.1229.à num.89 vsque ad fin.tom. 3.

n Quibus elapsis.] An termino elapso teneatur pars respondere positionibus? Dic quod non,secundum Castr.in l. 2.§.quod obseruari in fin.C.de Iur. cal. & in l.in contractibus,§.illo,circa fin.vers.Ex prædictis, Cod.de non num. pecun. Specul.in tit.de dilat.§ vltimo,sub nu.8. vers. quid si datus est terminus, Capic. decis.15.nu.1.& 2.Roland cons.88. nu. 10.& seq.lib.3.Menoch cons.47.nu.7. & in tract.de Arbitr. Iud.q.33.nu.25. Contrarium Bald.qui loquitur in iuramento Iudiciali in Auth.sed nouo iure,n.13.C.si cert.pet. cum alijs per Felin. in rub. de probat. sub nu. 6. & hanc de consuetudine seruari in aliquibus locis testatur Specul. ex sententia aliorum in tit. de Dilat. §. vlt. sub nu. 8. vers. item quid si datus est terminus,Curt.sen.in l.vlt. § quod obseruari, num.46. Cod.de Iureiur.prop.cal.Concorda,vt magna suadente æquitate possit Iudex ex officio

interrogare partem] Specul. loco citat. & in tit. de Posit. §. 4. nu. 4. vers. sed & si, ante Capit. d. decis. 15. n. 6. Lancellott. Conrad. in sua prax. tit. de Interrog. nu. 6. Marantia suo Specul. 9. distinct. n. 18. Menoch. de Arbitr. Iud. q. 35. in fin. Mascard qui ita distinguit veriorem hanc, & magis communem opinionem esse testatur in tract. de probat. concl. 1129. nu. 69. tom. 3. Et aduerte quod Bald. in Auth. sed nouo iuramento, nu. 13. non planè sequitur illam opinionem Nicol. de Matta, quod non possit deferri iuramentũ iudiciale, sed benè quod non possit referri illi; qui deberet tantum per scripturam probare, ita refert cum Ias. in l. manifestè, sub nu. 7. vers. 2. causa, ff. de iureiur.

o Possint autem.] Verbum est potestatis, per quod patet, eos non cogi, quia non, quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijcitur, l. non quicquid, ff. de Iud. Achill decis. 147. aliter 1. de Priuileg. num. 3. Celsus Vgo cons. 11. numer. 6. Bursat. cons. 14. numer. 15. lib. 1. Sed tamen æquitate suadente debet facere Iudex, aliàs peccaret, vt dicit in simili, glos. in c. 1. in verbo possit de Confess. in 6. Quid autem, si non prorogetur, an possit appellari: Dic quod non, quia possunt, sed non tenentur, Abb. in c. super nu. 10. extra de Renunc. vide Felin. in Repert. in verbo Iudex an dicatur, fol. 67. col. 3.

p Semel prorogare.] Aliud est, nouum terminum dare; aliud, datum prorogare: secundum conceditur facilius, quia terminus prorogatus videtur esse idẽ terminus, Castr. cons. 389. per tot. lib. 1. Gabriel de Dilat concl. 1. vbi an, & quando hoc sit verum Achill. decis. 46. aliter vnica, de Confess. Rot. decis. 116. nu. 4. part. 1. diuers. Impress. Asin in tract. de execut. §. 9. cap. 191. nu. 3. Gomes. in Reg. de Trienn. possess. num. 22. vbi quod procedit in fauorabilibus, secùs in odiosis. Et bonum fuit dare hanc potestatem iudicibus, cum aliàs de iure communi non habeant, nisi in terminis ab ipsis datis, Rot. in antiq. decis. 384. cum alijs per Gabriel tit. de Art. concl. 6. nu. 34. Franc. Marc. q. Delfin. 497. nu. 1. Bal. cons. 34. lib. 4. Cassan. cons. 41. in fin. nisi pars cœpisset vti Balb. decis. 328.

q Pro contestata.] Videtur hoc etiam de iure communi, quia, si reus citatus non vult comparere, & subterfugiat litem contestare, talis dilatio, vel contumacia pro litis contestatione habentur, l. si eum, §. qui iniuriarum, & ibi Alb. Bald. & Alexand. & Ias. ff. si quis caut. Innoc. in c. vlt. in verbo absentiam, extra de elect. Alex. cons. 100. nu. 2. vers. tamen, lib. 5. Neuizan cons. 15. num. 2. cum alijs per Asin. in sua prax. Iud. §. 17 c. 1. num. 11. sed contrarium puto verius, quia ad perfectionem contestationis litis requiritur vtriusque partis interuẽtus, secundum Bald. in l. 1. col. 2. C. de lit. contest. & ideò opus fuit Statuto, prout e Statuto Prati dixit Tiraq. de Retract. lignag. §. 15. glos. 2. n. 5. Castr. cons. 190. [illegible] his nu. 2. lib. 1. & ideò cum hoc Stat. sit odiosum, & exorbitans, non est, extendendum, nisi ad casus expressos, Neuizan. d. cons. 15. num. 10. Sed quæro, id si Reus iustè fuit impeditus? dicas, litem non esse habendam pro contestata, quia cessat causa Statuti, quod factum est in odium contumacis dolosi, & negligentis, Io. Fab. in §. pœnales, Inst. de diuers. & temp. præscript. Asin. & Ti. loco citato. Idem, si impedimentũ sit Iudicis, Brixien. in qq. venerab. q. 19. [illegible]dam citatus per tex. in l. 2. §. vlt. ff. si quis in Ius vocat. non ierit Alber. in [illegible] operandum in princip. col. 4. vers. sed quæro si actor, C. de Iud. Anch. cons. [illegible]dem si pars, quæ citauit, non comparuit, cap. 1. ibi venienti reo, vbi glos. Io. [illegible]r. & alij extra de dol. & contum. Anch. d. cons. 97. Alex. cons. 92. col. pen.

vers.

verſ.pro hoc facit,lib.1.Bertran.cóſ.267.in vlt.Dub.lib.3.facit Ruf.deciſ.112.nu.4.lib.1.

r Iuret de calumnia.] Quod poteſt facere etiam poſt concluſum in cauſa, Bald. in l.1.Cod.de iuramento cal.Marant.de ord Iud.in 6.part.1.act.num.3. Archid.in d.cap.1.de Iur.cal.lib.6. Contrarium voluit gloſ.in c.ex litteris in fin.extra de iureiur. quam eſſe communiter receptam teſtatur Curt in l. admonendi, nu.75.ff.de iureiur. Diſtingue pro concordia,aut Iudex vult exigere tale Iuramentum ad inſtantiam partis,& non poteſt,ratio,quia eſt ſpecies probationis, & poſt concluſum in cauſa nulla admittitur probatio, Felin.in cap. cum dilectus,nu.5.extra de fid.Inſtr.Roland.conſ.71.nu.32.lib.1. Aut ex officio vult exigere,& poteſt,c.cum Io.extra de fid.Inſtr. Ita Io. Andr. in c.1. de Iuramento cal.in 6.Capell.Toloſ.deciſ.108.Roland.vbi ſup.nu.33. Vel aliter diſtingue,vt in plenarijs Iudicijs non poſſit exigi,in ſummarijs ſic, Capell.Toloſ.vbi ſupra in.Add.ad fin. Afin.in ſua prax §.24.num.10. Vel dic, quod de rigore iuris non poteſt, de conſuetudine autem poteſt vſque ad ſententiam differre,Curt.in tract.de iur.propt.cal.in §.cum & Iudices,nu.11.

ſ Per procuratorem.] Qui ſi habebit ad hoc ſpeciale mandatum, iurabit in animam domini ſui, Bald.in l.ſi procurator,C.de procur.Abb.in cap.1. nu. 15. de Iuramento cal.Rot.deciſ.37.in Nou.Cæterum in Curia Romana receptum eſt,vt Procurator non tantùm iuret in animam ſui principalis,ſed etiam in propriam ipſius, Rot.deciſ.307.quidam de iuramento calum.in nou.& deciſ.491. not quod Procurator de iuramento calúm.in antiq.Veſtr.in ſua prax.lib.4 cap. penult.nu.17.Luc.Pæt.in prax.Cap.lib.2.c.3.nu.5. & licèt principalis iurauerit,adhuc tenetur procurator iurare in animam ſuam propriam, Rot.deciſ.40. procurator in nou. Adde ad Matheſil.Not.149.De quo tamen ſtylo,vide quod dicat Couar.lib.1.variar.Reſolut.cap.6.in princ. verſ.2. huiuſce Regulæ, vbi quod parum conuenit animæ,& conſcientiæ iſtud iuramentum, quod etiam aduertunt Add.ad Matheſil.d.not.149.nu.5.in fin. Sic etiam Actor ad lites iurat de calumnia in cauſa minoris,vt eſt communis opinio, de qua Salic. in l.2. §.quod obſeruari,col.2.verſ.venio ad quæſt.C de iuramento cal. Luc. Pæt. in ſua prax.Capit.lib.2.c.3.nu.7.Tutor, Curator, Oeconomus, Syndicus, & alij adminiſtratores rerum alienarum iurant de calumnia, gloſ.in c.2.de iuraméto cal.lib.6.l.2.& ibi Bart.communiter receptus. C.de iuraméto cal. Couar.lib.1. var.reſolut.c.6.in fin.

t Ex præſumpta confeſsione.] Sic etiam allegans ſolutionem ex præſumpta confeſſione non admittitur amplius ad negandum debitum,Dyn.in Reg. Nullus de reg.iur. in 6. Bald.qui de magis communi, deciſ.143. vbi multos etiam allegat pro contraria parte, & tandem reſidet in diſtinctione, Bart.in l. decem, ff.de verb.oblig. Opponens tamen exceptionem non videtur confiteri intentionem aduerſarij, l.non vtique,ff.de except.c. exceptionem, de Reg.iur.in 6.de communi opinione tàm Legiſtarum, quàm Canoniſtarum, teſtatur Chacher. deciſ.178.nu.9.

De

a *De executione instrumentorum* [a] *, & apocarum priuatarum. Cap. XXV.*

b ITem, si quis haberet aliquod publicum instrumentũ [b] contra aliquem super aliqua pecuniarum quantitate, vel re ad Artem huiusmodi pertinente, super qua voluerit in Curia dictorũ Consulũ executionẽ dicti instrumenti petere: quo casu citari faciat Reũ ad videndum productionem [c] instrumenti, cuius executionẽ petere intendit Actor, & pronũtiari, illud executioni mandandum pro quantitate, quam habere intendit, quæ in actis exprimatur [d]: Cuius citationis relatione facta, dictus Actor teneatur dictum instrumentum in publicam formam exhibere: &, si Reus, contendere volens, copiam dicti instrumenti petierit, ei dicta copia tradatur suis expensis, quam copiam Notarius dictæ Curiæ eidem tradere teneatur infra duos dies à die petitionis prædictæ: &, etiam si non comparuerit, in vtroque euentu statuatur terminus dicto Reo quinque dierum vtilium ad opponendum, & probandum quidquid potest contra instrumentum prædictum: qui terminus sit etiam Actori communis [e], si quid forte pro ipsius Actoris parte probandum esset, contraque publica instrumenta nulla possit opponi exceptio, nisi dumtaxat [f] falsitatis [g], vsurarum [h], satisfactionis, aut pacti de non petendo perpetuò, vel ad tempus. Super alijs autem nullatenus audiatur opponens. Elapsis autẽ dictis quinque diebus vtilibus, si aliquid non fuerit oppositum; aut oppositum, & non probatum, ad sententiam, & pronuntiationem super instrumentis productis, seu mandati executiui realiter & personaliter exequendi relaxationem procedatur, si autem oppositum, & probatum fuerit, tunc, si ab altera partium petatur [i], procedatur ad publicationẽ testium cum termino duorum dierum vtilium ad opponendum, & probandum contra personas, & dicta testium examinatorum, & deinde ad sententiam, seu mãdati executiui relaxationem procedatur, vt supra: & quod dictum est de publicis instrumentis, intelligatur etiam de apocis priuatis [k], scriptis, seu subscriptis manu illius, contra

c

d

e

f

g

h

i

k

quem executio petitur: in quarum executione idem modus, & forma per omnia obseruetur. Sed, antequam dictæ apocæ executioni mandentur, seù executioni demandandas esse pronuntietur, debeant, parte, contra quam producuntur, citata, recognosci per duos testes [l]: &, quando per duos testes illas recognosci non contingat, citetur bis Reus ad recognoscendum apocam eius manu scriptam, & subscriptam: aliàs pronuntiari, haberi pro recognita: si non cõparuerit [m], pronuntietur apoca haberi pro recognita, nisi ad primam diem cum intimatione illam recognouerit, vel negauerit: quo termino elapso, & nihil opposito releuanter, apoca habeatur pro recognita, ac si per duos testes recognita fuisset: & deinde ad expeditionem, vt supra, procedatur. A qua sententia, seu mandati executiui relaxatione, nulla detur reuisio, nisi facto actuali deposito summæ iudicatæ penes idoneum campsorē infra biduum à die petitæ reuisionis, etiamsi Actor non requisiuerit [n]: aliàs causa ipso iure remaneat deserta: & ad executionem, vt supra, absque aliqua alia ipsius desertionis [o] pronuntiatione, seu declaratione, procedatur: quæ reuisio peti possit infra octo dies [p] à die sententiæ latæ, seu mandati relaxati: quæ locum non habeant in obligationibus in forma Cameræ, quando ea via proceditur: in quo casu propter debiti confessionem appellari [q] non possit, nec reuisio peti.

l m n o p q

ANNOTATIONES.

a De executione instrumentorum.] De quo etiam Statutum Vrb. lib. 1. cap. 75. & lib. 5. cap. 5. & ferè per totam Italiam vigent huiusmodi Statuta, vt de Statuto Papiæ Menoch. in tract. de Arbitr. Iud. cons. 17. de Statuto Bononien. Bero. cons 85. num. 1. lib. 3. de Statu. Ferrariæ, Mediolani, Montisregalis, Veronæ, & aliarum Ciuitatum, latè Afin. in tract. de execut. §. 1. cap. 26. ad quem in hac materia semper recurre. Quia de iure Ciuili instrumenta non habent executionem, l. minor viginti quinque annis, vbi glos. ff. de minor. Bar. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. Cott. Memor. in verb. Instrumentum publicum, Boer. decis. 295. num. 5. Ruin. cons. 144. num. 7. lib. 4. decis. Pedemon. 129. num. 2. etiam si sint liquida, communis opinio, de qua Soarez thesaur. recept. sent. verb. Instrumentum, cum ibi citat. etiam si sine iurata, Ias. in l. 2. num. 9. ff. de iurisd. omn. Iud. Socin. cons. 231. colum. 6. lib. 2. licèt in contrarium sit communis opinio, de qua Bero. d. cons. 85. nu. 7. lib. 3. Viu. lib. 1. opin. 108. Soarez in thesaur. recept. in verb. Iureiurando, etiam

si sit

si sit expresse conuentum de tali re, Ias. post Bald. ibi relatum in l. quæ delegato, num. 6. de leg. 1. de quo tamen distinguendum est, vt per Canar. in tract. de execut. Instr. q. 32. num. 68. quem sequuntur Add. ad Mattasil. Not. 20. n. 8. licet posit dici, quod saltem valeant gesta virtute talis conuentionis in vim pacti, Bald. decis. 226.

b Instrumentum.] Quod integrum est producendum, non autem in parte, Bar. in rubrica, ff. de oper. nou. nunt. Guid. Pap. decis 833. in fin. licet Reo volenti * tantum copiam vnius partis, non sit neganda, glos. communiter approbata in cap. contingit, de fide Instrumentorum, Felin. in cap. 1. numero 29. & ibi Dec. num. 61. extra de probat.

c Ad videndum productionem.] Pars est citanda in productione, vt possit opponere, aliàs productio est nulla, Ang. in l. properandam, §. fin autem ibi terribiles scripturæ, C. de iud. Rom. conf. 519. Alexand. consi. 108. lib. 5. & cons. 64. colum. 2. & 106. colum. 2. lib. 3. Rot. in Nou. decis. 10. Marsil. sing. 81. Verall. decis. 117. num. 5. & 6. lib. 3. Limita pluribus modis, vt per Ias. in d. l. properandum, §. fin autem, C. de iud.

d Quo in actis exprimatur.] Non ergo sufficit producere Instrumentum tantùm, sed debet etiam fieri petitio quantitatis debitæ, vel saltem generaliter peti executio Instrumenti, quia productio scripturarum est potius probatio, & sic de medijs causarum, petitio autem est principium, sine quo non peruenitur ad media, Bart. in l. si quis libellum, de appell. Aym. cons. 233. num 3. & 4. decis. Pedem. cum ibi citat. 1. num. 13.

e Sit etiam Actori communis.] Vide in simili Statuto Ferrariæ Cephal. cons. 686. nu 8. lib. 5. Aliud tamen est de Iure communi, secũdum quod dantur prius dilationes Actori, & deinde Reo, l. si quis, C. de except. Rot. decis. 166. Not. de dilat. in antiq. Vestr. in sua prax. l. 1 cap. 4. num. 4 decis. Pedem. 144. nu. 16. Mascard. de probat. concl. 37. nu. 1. tom. 1. licèt in causis Ecclesiasticis termini dentur communes Actori, & Reo, Felin. in cap. prudentiam, colum. 1. de offic deleg. Alexan. in Authen. iubemus, in princ. C. de iud. Vest. vbi supra: Amplia, vt vna * pars non possit in præiudicium alterius dilationi communi renuntiare, Ias. quis de communi, in l. 1. num. 54. ff. de adopt. Tiraq. de vtroque retract. §. 36. ad fin. tit. num. 17. Quod intellige de dilatione data à iure communi, secus autem de speciali priuilegio, Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de appell. §. 1. in fin. Bald. in l. quod fauore, colum. 2. C. de leg. Cyn. in l. si quis post mortem, §. vlt. ff. de bonor. possess. contra tab. Innoc. & Host. in cap. ex conquestione, de rest. spol.

f Dumtaxat] An istud Statutum excludat omnes exceptiones, etiam rationabiles? Puto quod sic, per istam dictionem, Dumtaxat, quæ excludit omnes casus non inclusos, l. 1. & ibi Bart. ff. si quis insd. non obtemp. Ias. in l. si constante, nu. 86. ff. solut. matrim. Anan. consil. 69. num. 4. Capra, qui de communi Reg. 51. nu. 19. vbi limitat in tribus casibus. Vide de hoc late Asin. cum ibi cit in sua prax. iud. §. 31. cap. 57. Quid autem, si fuisset dictum, quod non possit opponi exceptio modo aliquo, vel quoquo modo, vide Socin. cons. 241. colum. 1. in fin & colum. 3. vers. confirmatur hoc idem, lib. 2. & eum secutus Cephal. cons. 53. num. 23. lib. 1. Asin. d. loco. §. 31. cap. 52. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 43. vbi vide ad saturitatem, quæ exceptiones præsumantur admissæ à Statuto reijcente omnes exceptiones. An autem posit opponi exceptio contra executionem instrumenti, stante hoc Statuto? Dic, quod sic, Bar. in d. l. si filius, ff. quod

cũ eo, Antonius Canar. in tract. de execut. instr. q. 28. Corn. cõf. 212. lib. 2. Dec. in cap. ex parte limit. 23. extra de offi. deleg. Bened. de Barz. 12. tract. de Guarentig. in 2. par. vers. nunc cupio, num. 16. An autem possit opponi, quod id, cuius executio petitur, non sit expressum in instrumento? Dic, quod sic, quia instrumenta non habent executionem, nisi pro his, quæ expresse, non autem quæ tacitè continentur. Socin. Iun. cons. 136. num. 4. lib. 2. decis. Pedemon. 129. num. 3. Gallef. ad form. oblig. Cam. tit. de vi instr. oblig. Cam. num. 14. & 15. Rot. decis. 132. num. 8. tom. 2. diuers. Impress. Quidquid in contrarium dixerit Alexand. cons. 126. num. 3. & seq. lib. 6. Cur. Iun. cons. 139. num. 4. & 159. num. 8. Dec. cons. 507. num. 5. & 6 decis. Pedem. 129. num. 16. quorum opinio-
* nem communem dicit Bertazol. cons. Crim. 390 num. 9. lib. 2. Quia eorum dicta procedunt, vbi Statutum diceret, quod detur executio secundum tenorem Instrumenti, vel pro contentis in Instrumento, Gallef. ad form. oblig. Cam. d. par. 3. q. 5. num. 12. vbi latè distinguit plures casus in hac materia, & vide num. 13. vbi in specie de Statu. Vrb. lib. 1. cap. 75. Quid, si opponatur, Instrumentum fuisse confectum extra Territorium, & ideò non mereri executionem? Dicas, non admittendam hanc exceptionem, ex his, quæ ponit Bald. in l. 1 in 4. q. C. ne fil pro patr. & in cap. vlt. col. penult. extra de confess. Alexand. in l. à Diuo Pio 5. sententia, colum. penult. vers. vlt. ff. de re Iud. Decian. cons. 109. num. 40. lib. 2. Rol. cons. 48. num. 6. lib. 3. An autem vigore huius Statuti Instrumenta habeant executionem etiam contra hæredes debitorum eodem modo? Dic, quod sic, Ang. & Imol. in l. 1. ff. de ijs, quæ in testamen. deleg. Doct. in l. postulante, ff. ad Treb. & in specie Castr. & Alexan. num. 6. Carauit. super Rit. magn. Cur. 178. nu. 4. vbi tamen aliter in Regno seruari testatur Rim. Iun. cons. 162. nu. 13. lib. 2. & cons.
* 818. num. 9. lib. 7. Viu. qui de communi opinione 69. & opin. 7. vbi etiam loquitur de hærede creditoris principalis, vt possit similiter exequi Instrumentum
* contra debitorem principalem, ex communi, de qua Alexan. in l. postulante, num. 9. ff. ad Trebell. Probato tamen prius, quod sit hæres, Bald. in l. per diuersas, num. 14. in fin. C. mandat. & in l. 2. num. 9. C. de execut. Rei Iud. Aret. cons. 21. in 3. rubr. Dec. cons. 323. nu. 3. cum alijs per Menoch. cons. 301. nu. 6. lib. 3.

g Falsitatis.] Hoc subintelligebatur, etiam si non fuisset expressum, quia Statutum nunquam censetur tollere hanc exceptionem, Dec. in cap. ex par. col. vlt. vers. 29. fallit de off. deleg. & in c. licèt causam in quinto Not. extra de probat. Bened. de Barz. in tract. Guarenting. fol. penult. vers. venio, ad §. nouum, Afin in sua prax. Iud. §. 31. c. 51. Menoch. de Præsumpt. li. 2. præsumpt. 48. nu. 40.

h Vsurarum.] An exceptio litis pendentiæ coram Episcopo super Vsuris impediat executionem instrumenti, consulit quod sic, Bero. viden. cons. 84. lib. 3. Cuius tamen postea contrarium consuluit, cons. seq.

i Si ab altera partium petatur.] Si autem non petatur processus, non erit ex hoc nullus, quia publicatio non est de substantialibus, Innoc. in c. cum I. & A. quem omnes sequuntur extra de sent. & re iud. Alex. in l. diuus columna prima, ff. de re iud. Menoch. de Arbitr. Iud. q. 33. num. 1. Quid autem, si, parte petente publicationem, Iudex ad vlteriora procedat, illum non publicando, adhuc valebit processus, si pars non appellat, Guid. Pap. q. 586. quæritur, & 369. quæ sunt in fin. Capic. decis. 1. col. 6. nu. 31. lib. 2. Alex. cons. 120. n. 7. de Appell. Anchar. cons. 53. vbi de stylo Curiæ Rot. decis. 16. Not. quod non vitiatur in Antiq. secundum quam pluries se practicasse in Rota testatur Vant. in tract. de Null. ex de-

defect. processf.num.40. latè Afin.in prax.iud.§.3.cap.10. Menoch.d.q.33.vbi ampliat 25.modis,& limitat. 2.

K . De Apocis priuatis .] Poteſt Statutum dare eandem executionem priuatæ ſcripturæ, quam dedit inſtrumento, Soccin.conſ.41 nu.6.verſ.ſexto etiam libro primo,Dec.conſ.73.n.1.vbi de Statuto Florentino,Bald. in l.cunctos populos, nu.16.ff.de Iuſt. & Iur.Decian qui de Statuto Piſauri,in conſ. 109.n.37. lib.2.

l Recognoſci per duos teſtes.] Statutum Vrb.lib.1.c.79. aliàs in Nou. c.84. mandat adhiberi tres teſtes, de quo mentionem facit Rot.deciſ.527.nu.5.to.3. diuerſ.Impreſſ. qui teſtes debent habere notam manum ſcribentis, licèt ſcripturæ non fuerint præſentes,vt hodiè paſſim ſeruatur in Recognitionibus, vt per Veſtr.in ſua prax.lib.6.cap.1.de Product.iur.nu.8.Galleſ.ad form.oblig.Cam. tit.de inſtrument. n.12.Rot.deciſ.527.n.5.tom.3 diu.impreſſ.de quo Stylo,vide quid dicat Iaſ.in l. admonendi, n.95. verſ.octauus caſus, extra de Iureiur. Galleſ.vbi ſupra num.12. De Iure autem non creditur teſtibus deponentibus ſe habere notam manum,litteram, vel charácterem alicuius,cum ob litterarum ſimilitudinem facilè decipi poſsint,Bart.in Authen.& ſi tractatus, Cod. de fide Inſtrumen.Veſtr.in d.c.& ibi Add.nu.26.Gram.deciſ.84.& 93.Rolan. à Vall. conſ.26.nu.5 lib.1.Zaſ.qui recitat exemplum de quodã Monacho lib. 2. Reſp. c.25.Menoch.de Arbit.iud.caſ. 114.nu.22. Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.7. n.18. & ſeq. Rim.Iun.latiſſimè.conſ.38.per totum,lib.1.Debet igitur Apoca priuata, vt faciat fidem.per ſcribentem recognoſci,l.publica,ff.depoſ.l.ſcripturas,C.qui pot in pignor.hab.Galleſ.ad form.oblig.Cam.tit.de Inſtrumen. num.10.Bero. conſ.15.nu.18.lib.3.Surd.conſ.57 nu.21.& 80. lib.1. Si verò negetur, examinandi ſunt teſtes, qui præſentes fuerunt, & ſe illi ſubſcripſerunt, vt manum recognoſcant, d.l.ſcripturas,Affl.deciſ.181.n.8.Dec.conſ.615.n.3.Put.deciſ.1. de fide Inſtrumen.in manuſcript.Rot.deciſ.527.n.3.tom.3.var.Impr.Maſcard. de probat.conſ.110.nu.1.Achill.deciſ.193.nu.2.Bero.conſ.15.nu.18.lib.3.Et, quomodo deponere debeant iſti teſtes,vide gloſſam magnam,in Auth.&.ſi contractus, C.de fide Inſtrumen.Bertrand.conſ.184.n.3.lib.4. Menoch.conſ.140. nu.2.lib.2.Maſcard. d.concl.110. nu. 10.& quid ſi ſint inter ſe contrarij,vide Rot.deciſ.527.nu.60.tom.3.diuerſ. Impreſſ.Si ergo tales teſtes recognoſcant, tunc plenam faciet fidem talis Apoca, ex communi, quæ probatur in §. ſi quis igitur,in Auth.de Inſtrumen.caut.& fid. Bart.in l.admonendi,nu.26.ff.de Iure iur. & ibi Curt nu.109.& 120.Caccialup.n.55.& 60.Purpur.nu.176. Ludou. deciſ.Peruſ.7.nu.11.Rimin.Iun.coſ.236.nu.29.lib.3.

Si verò non adſint Teſtes, vel non poſsint recognoſcere, vt in caſibus citatis per Menoch.d.caſ.114. & Lud.d.deciſ.7. recurrendum eſt ad comparationem litterarum, & hoc in ſubſidium,l.comparationes, & ibi Salicet. col. 3. verſ.oppono ſexto,C.de fide Inſtrum.vbi requirit Iuramentum, quod aliæ probationes non adſint, ſequitur Menoch.d. caſ.114 nu 33.Ludou.d.deciſ.7. num.5.quod tamen Iuramentum non videtur præſtandum, niſi à parte petatur, Cephal conſil. 444. numer. 40. & 41. lib. 4. Et ad faciendam talem comparationem litterarum requiruntur duo ſaltem periti, Alex.conſ.148.nu.1.& 6.lib.2. Menoch.d.caſ. 114. num.26. & 27. Lud. d.deciſ.7.num.7.& 8.Rim.Iun.conſ. 196.num.82.lib.2.& debent iurare,Rim.Iun.conſ.789. num.27. lib.7. Afin.in tract.de execut.§.1.cap. 201. num. 3. Et, quid ſit faciendum, quando in loco non adſunt periti,Menoch.d.caſ.114.nu.17.& in tract adip.Remed.5.nu. 162.

An autem apoca comparatione litterarum hoc modo iustificata plenam probationem faciat, & mereatur executionem, Bart. in l. admonendi, nu. 29. ff. de Iureiur. tenet, quod sic, sequitur ibi Purp. nu. 171 Alexan. conf. 181. num. 20. lib. 3. Alb. in l. comparationes, num. 3. C. de fide Instrumen. vbi testatur ita se vidisse, in Iudicijs communiter obseruari, sequitur Viu. in suis opin. in verb. Comparatio, Rim. Iun conf. 789 num. 4. & 5. lib. 7. Menoch. d. cas. 114. num. 9.

Contrarium puto verius, quod. s. faciat semiplenam probationem, & alijs non concurrentibus, non mereatur de iure communi executionem per se, & videtur probari in §. si verò quisquam, & in §. si verò omnes, Authen. de fide Instrum. tenuit Alexand conf. 76. num. 8. lib. 3. & 114. num 4 lib. 7. Ruin. conf. 35. nu. 8. & conf. 46. nu. 4. & 69. num. 1. & 2. & conf. 70. nu. 4. lib. 4. Rol. conf. 26. nu. 11. & 13. lib. 3. vbi de communi, de qua etiam Bero. conf. 15. nu. 18. lib. 3. plures congerit Mascard. de Probat. concl. 110. nu. 18. quibus adde Cephal. conf. 227. nu. 28. lib. 2. & 141. num. 1. lib. 1. & 238. nu. 9. lib. 2. Ferret. conf. 374 lib. 2. vbi de communi Bursat. conf. 133. nu. 1. lib. 1. Rim. Iun. conf. 779. nu. 6. lib. 7. & 196. num. 3. 4. & 5. lib. 2. & 439 num. 17. & 18. l. 4. Limita, nisi partes conuenissent, quod ex sola comparatione litterarum daretur fides Apocæ, Alexand. conf. 76. colum. 2. vers. vel secundum Raphaelem, lib. 3. Aym. de Antiq. temp. 5. part. primæ part. principalis, nu. 73. ad quem semper in hac materia comparationis litterarum recurre. Tota autē hæc materia, quidquid insudauerint super ea Doct. Iure optimo Iudicis arbitrio remissa est, ob varios casus, & difficultates, Bart. in d. l. admonendi, nu. 26. vers. dico tamen, ff. de Iureiur. Menoch. qui ad saturitatē ponit d. cas. 114. num. 7. & seqq. Mascard. de Probat. d. conclus. 110. nu. 17. An autem huiusmodi Apocæ possint exequi contra tertium vigore huius Statuti, latè ponit Rim. Iun. conf. 38. num. 66. & 67. & seq. lib. 1.

m Si non comparuerit.] Quid autem, si compareat, recognoscat apocam, sed dicat contenta in ea non esse vera? Dic, quod admitti debet ad hoc probandum, & dabitur terminus quinque dierum, vt supra, de quo vide latè Cephal. conf. 686. per totum, lib. 5.

n Etiamsi actor non requisierit.] quia de Iure communi, vbicunque quis tenetur fideiubere, vel facere depositum, intelligitur parte petente, Ias. in l. vniuersa, num. 3. C. de Precib. Imp. off. Achil. decis 11. de Commiss. Alex. conf. 82. sub num. 8. col. vlt. vers. 3. Statutum, libro primo, Ang. conf. 140 Statutum præfatum. Natt. conf. 685. num. 3. & 5.

o Desertionis pronuntiatione.] Quia Regulariter de Iure communi requiritur declaratoria, Bart. & alij in l. eos, C. de Appell. Abb. in c. ex ratione, extra de Appell. in Nou. & decis. 300. num. 6. tom. 4. diuers. vbi an talis pronuntia censeatur interlocutoria, vel definitiua, & posse appellari ab ista pronuntia, dixit Guid. Pap. q. 11. & 12. latè Cephal. conf. 219. num. 11 lib. 2. & conf. 610. n. 16. lib. 4. & Statutum Vrb. lib 1. cap. 174. de Appell. à desert. Contrarium tamen, quod non requiratur talis declaratoria, videtur probari, in c. cum sit, de Appel. & tenuit Præpos. in c. ex ratione, vbi plures allegat, & de communi opinione testatur extra de Appell. videtur etiam tenuisse Cephal. in conf. 85. num. 46. lib. 2. & 266. num. 7. Guid. Pap. q. 213. nu. 5. Anchar. Reg. q. 68. Bero. conf. 181. num. 20. lib. 3. vbi tamen dicit hanc opinionem multum dubitabilem. Tu distinguas pro veritate, vt prima procedat, quando dubium est, an sint lapsa fatalia, vel requiritur calculatio dierum, & tunc, quia isti termini recipiunt à iu-

re de-

re declarationem, Caſſad decif. 9. num. 10. de Appell. requiritur declaratoria, a verò procedat vbicumque clarum, & notorium eſt, appellationem eſſe omnino deſertam, facit in ſimili, quod vbi contumacia eſt notoria, non requiritur declaratoria Iudicis ſuper ea, Ruin. conſ. 4. num. 20. & 117. lib. 5. Vel aliter diſtingue, quod poteſt Iudex pronuntiare, ſed non cogitur, latè Surd. conſ. 139. num. 15. lib. 1. Anch. d. q. 68. num. 4.

p Infra octo dies.] Elapſis ergo octo diebus non poteſt amplius peti reuiſio, quia hoc tempus eſt de forma Auth. quæ ſupplicatio, C, de Precib Imp. off. Iaſ. conſ. 191. num. 2. lib. 2. & in ſimili conſtitutione, quod reuiſio non poſſit peti vltra ſemeſtre, conſuluit Cephal. conſ. 422. lib. 3. vbi tamen ex alijs poſtea rationibus contrarium defendit.

q Appellari non poſſit] Hoc etiam eſt de Iure cõmuni, vbi confeſsio reſultat ex Inſtrumentis, Bal. in c. præterea num. 7. extra de off. deleg. Quando tamen Statutum prohibet appellationem, cenſetur prohibere, tàm à principali, quàm ab incidentibus. Natt conſ. 624. n. 3. late Rim. Iun. conſ. 450. nu. 52. & 55. lib. 4. ſic etiam tàm ad effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum, ad tradita per Rol. in conſ. 77. num. 17. lib. 2 ſicut è contra quando ſtatutum permittit appellationem, intelligendum eſt tàm ad effectum ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum, Bero. conſ 110. num. 16. lib. 1. vbi tenet contra Rol. quod prohibita appellatione per Statutum cenſeatur prohibita ad effectum ſuſpenſiuum tantum. An autem in cauſis poſſeſſorijs prohibita, vel permiſſa appellatione cenſeatur permiſſa. vel prohibita tàm ad effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum, vide Bero. q. 44. & 91. Grat conſ. vltimo, num. 18. & ſeqq. lib. 2. Menoch. late in tract. de Adip. Remed. 4. num. 827. & pluribus ſeqq. & in tract. Recup. Remed. 9. num. 331. Benintend. concluſ. 11. in fin.

a *De modo procedendi [a] à decem ſcutis infra.*
Cap. XXVI.

SI autem cauſæ fuerint decem ſcutorum, & ab inde infra, tunc citetur Reus modo, quo ſupra, ter: &, ſi non comparuerit, contra eum relaxetur mandatum de auferendo: quod per refectionem expenſarum, firma remanente executione, quatenus facta fuerit, & lite conteſtata, & iurato de calumnia b reuocetur. Et, ſi Reus petita confiteatur, detur ei terminus [b], c decem dierum currentium ad ſoluendum. quibus elapſis [c], citato Reo ad ſoluendum iuxta formam dicti termini, contra eũ detur mandatum reale, ac etiam perſonale, ſi ſumma confeſſa exceſſerit ſummam quinque ſcutorum. Si verò Reus negauerit, tunc præfigatur partibus terminus quinque dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, præterquam inſtrumentorum publicorum, & cedula-

dularum priuatarum, quæ quandocũque ante sententiam produci possint. quibus elapsis, si petitum fuerit, publicentur processus, & dicta testium: & terminus duorum dierum ad opponendum contra personas, & dicta testium statuatur: &, eis elapsis, ad causæ expeditionem procedatur, vt supra.

ANNOTATIONES.

a De modo procedendi.] Qui etiam de Iure communi debet esset summarius. Auth. nisi breuiores, C. de sentent. Afin. in prax. Iud. §. 3. cap. 32. num. 30. & seqq. & seruantur tantum termini concernentes defensionem Iuris naturalis, Doct. in Clemen. sæpe, de verb. signific. Afflict. super Constit. pacis cultum, lib. 1. rubrica octaua, numero 47.

b Detur ei terminus,] Qui est etiam de more, ac stylo, Port. in §. omnis stipulatio, num. 6. Inst. de verb. oblig. Et intellige, si à parte petatur, sicut de dilatione ad probandum dicitur in l ... ibi, postulante dare conuenit. C. de dilat. l. 2. vbi Bald. C. vt intra cert. temp. Bald. post Iacob. de Aren. in l. fin. ff. de Ferijs, & in l. cum à nobis, C. de dilat. Afin. in tract. de execut. §. 2. cap. 162. num 5. Afflict. super Const. Regn. in Const. causas alias, lib. 1. rubrica 50. num 8. & de Statuto dante certam formam super dilationibus, quod nihilominus à parte peti debent, est glos. quam sequuntur ibi Doct. in l, si curatoris, in vers. haberes, C. de iur. delib. late videndus Vant. de nulli. ex defect. process. num. 42. & 43. Et, stante Statuto, quod Iudex citare teneatur, intelligendum tamen est ad partis instantiam, arg. l. vt gradatim, §. sed si ex lege, ff. de Mun. & hon. Afin. in prax. Iud. §. 8. cap. 1. num. 6.

c Quibus elapsis.] Ergo prohibetur dari noua dilatio ad ea, quæ ponit Rim. Iun: in his terminis de Stat. Ferrarien. in cons. 115. num. 18. lib. 2. Quando autem lapso termino possint admitti probationes, Remitto te ad ea, quæ scripsi supra cap. 24. & quæ latissimè omnium ponit Mascard. de Probat. conclus. 1229. tom. 3.

De causis mercedum. *Cap. XXVII.*

ITem statuimus, & ordinamus, quod famuli, pastores, & alij mercenarij Artis huiusmodi, qui suos patronos, & conductores pro mercede tàm hominum, quàm animalium, & vecturarum conuenire volunt, teneantur iuxta stylum Curiæ illos citari facere, & penes Notarium Artis petitionem verbalem [a] formare cum iuramento calumniæ, quod ea, quæ petunt, non animo calumniandi, sed debite, petunt; & Reus sic citatus, ad aliquam comparitionem, seu litis contestationem non admittatur, nisi prius in manibus Notarij iurato de calumnia, quod

ea,

ea, quæ dicit, sunt vera, & non animo calumniandi dicat. ac, b facto actuali deposito in pecunia numerata [b], aut auro, vel argento, & præstito iuramento, ac facto deposito, Consules pro tempore existentes summariè, non aliter, tela iudiciaria seruata, c sola facti veritate [c] inspecta, causam terminare teneantur.

ANNOTATIONES.

a Petitionem verbalem.] Sufficit enim qualis petitio in summarijs, clem. sæpè de Verb.signif. Aym.conf.223. nu.3. & satis est producere articulos loco petitionis, Rot.decis.2.de rescript.in Nou. Oldrad. conf.244. Marant. de ord. Iud.part.6.tit.de Posit.nu.4. Neuizan.cons.30.num.12. Sed, quam petitionem faciet, si non est conuentum de certo salario? Dic, quod semper intelligitur, vt debitum salarium persoluatur, Afin in tract.de Execut §.2.c.91.nu.2. & debitum salarium intelligitur secundum obseruantiā subsecutam,glos.in l. exemplo,C.locat.Bal.in l.licèt in fin.C eod.tit.locat.Paris.de Put.in tract. de Synd. in verbo consuetudo,nu.5.Bero.conf.157.nu.5.lib.3. Quid autem, si famulus aliquid plus prætendat, & velit probare conuentionem per alios famulos? Dic, quod non sunt admittendi, quia videntur deponere in causa propria, Rebuff. in Com.titulo de Fam.salar.glos.septima, tomo secundo, & statur in hoc libris hominum Artis, vt infra capit.40.

b In pecunia numerata.] Quæ numeranda est tunc temporis,quod deponitur coram testibus,& Notario, vt depositum rectè factum dicatur, Cassan.conf.41. n.18. & seqq. Afin.in tract.de execut.§ 7.c.58.nu.2. Bursat.conf.112. num.14. lib.1.& Not.quod depositum debet esse integrum,& pro tota summa, aliàs non releuat, Bald.in l.1.col.3.C.de Cond.insert. Nec sufficeret deponere mobilia æquiualentia,vt concedit Statutum Vrb. lib.1. c.95. de Caus. mercedis, Quid autem, si summa sit magna, & difficilè depositum,an sufficiat cauere? videtur, quod non, stantibus verbis Statuti: contrarium tamen seruatur vbiq.

c Sola facti veritate inspecta.] Quod non tantum est de Iure communi, vt huiusmodi causæ ita cognoscantur, Bald.in Auth.nisi breuiores, C.de sentent. ex breuicul.recitat. sed etiam de iure diuino, vt legitur Deuteronom.cap. 24. Iob cap.4.& Leuit. cap. 30. Hæc autem clausula continet sub se omnes alias summarietatem concernentes, ob sui efficaciam, vt latè prosequitur decisio Pedemontan. prima, cum ibi citat. & scripsi latissimè de hac clausula in meis Conclusionibus. Quibus Deo dante spero me quamprimum supremam manum impositurum, prout imposuissem, si domi me continuissem, nec officijs, aut præeminentijs allectus, modo in hac,modo in illa ciuitate, & prouincia ferè quinque annos consumpsissem, in quibus parum otij ad studendum, minùs lucri, multum periculi, & laborum semper habui. Cæterum pro nunc recurre in hac materia ad Afin.in sua prax.Iud.§.3.vbi omnium latissimè.

De deputatione Curatorum Minoribus. Cap. XXVIII.

ITem volumus, quod in causis quomodolibet coram Consulibus contra minores pupillos, & infantes, seu pro eis, & ad eorũ instantiam vertentibus, seu pro tempore agitandis, citatis tres supradictis ad comparendum legitimè coram dictis Consulibus, & non comparendo, contra eos, etiam si sint a infantes [a], non petentes, & inuitos per dictos Consules [b] ad b deputationem Curatoris ex officio deueniatur: & etiam minoribus comparentibus, & per Consules petentibus eis de Curatore prouideri, & de processibus fiendis contra huiusmodi Curatores: propterea nec coram dictis Consulibus, nec coram aliquo alio Vrbis Iudice dici possit de nullitate.

ANNOTATIONES.

a Si sint infantes.] Secùs de iure communi, quo Infantes non possunt citari, Affl.decis.262.in princip.Soccin. in tract. de Citat. art.4.q.8. & art.20.q.8. cum alijs latè congestis per Neuizan.in cons.17. nu.1.2.& 3. vbi quomodo sit instituendum iudicium contra infantem, Rot.decis.260.nu.2.tom.2. diuers. nec potest illis dari curator, Verall.decis.158.nu.3.part.1.latè Franc. Cald. in l.si curatorem, in princip.nu 31.Cod.de in integr. Rest.Similem formam dat etiam Statutum Vrb.lib.1. c.49.

b Per dictos Consules.] Quia spectat ad Iudicem, qui de causa cognoscit, curatorem dare, l.vbi absunt, ff.de Tut. & Curat.glos.2 in §.hoc iure inst. de Atil.tutor.latè Rebuff.in com.tom.1.art.2.glos.2.nu.12. fol. mihi 279. Franc. Cald.in l.si curatorem in principio, nu.18.C.deininteg.Rest. Sed, quid, si fortè datus sit Curator minori ab alio Iudice, an adhuc alius sit dandus in hoc Tribunali, videtur, quod sic ex ijs, quæ ponit Bero.cons.111. nu.2. lib.5. vbi limitat in Curatore dato ad omnes lites. Quod videtur conuenire huic Statuto, dum mandat citari ad legitimè comparendum, si ergo habeat curatorem, admittetur cum eo, aliàs dabitur. Sed in contrarium facit illud, quod dicitur de clerico, cui datus fuit curator à Iudice laico super bonis patrimonialibus, vt rectè censeatur datus, secus verò, si super omnibus bonis, vt per Acchill. decis. 338.aliter 8. qui fil.sint legit.nu.4. sed in illo casu Iudex non habebat auctoritatem, ad ea, quæ latè ponit Franc.Cald. in l.si curatorem, in princip. num. 19. C.de in integr.Rest. An autem Curator possit dari inuitus, Bart. Salicet. & alij in l.1.C.qui pet.tut.tenet, quod sic Curia Tholos. sequitur decis.269. An Curator Neuizan.cons.17.n.77.Marc. Mant.sing.582.Borgn.de Tutor.& Curator. num.183.fol.mihi.148. Franc.Cald.de communi in d.l.si curatorem, in princ. nu.17. Et an Curator ad litem teneatur satisdare? Dic, quod sic, de iure, glos. & Bar.in l.si ad species, ff.rem pupill. Franc.Cald. in l.si curatorem, num. 17.

Secus

Secus de stylo, Bertrand. cons. 281. lib. 3. in Nou. & de stylo Rot. Rom. Achill. decis. 89. aliter 1. de Iud. num. 1. Put. decis. 130. num. 2. lib. 3. Quod tamen limita, stante Stat. Vrb. vt per Acchil. d. decis. 88. num. 3.

De suspectis, & fugitiuis. *Cap. XXIX.*

ITem, quod, si aliquis de dicta Arte aliquam actionem haberet, seu habere prætenderet contra aliquem, quem assereret esse suspectum, & fugitiuum, & id quod habere prætenderet, esset de rebus pertinentibus ad dictam Artem, Consules dictæ Artis teneantur, & debeant ad partis petentis instantiam apodixam, siue mandatum de capiendo [a] concedere contra dictum sic suspectum, quod alterum de tribus faciat, hoc est, aut satisfaciat de petitis, aut idonea pignora deponat, petitam quantitatem valentia, aut idoneè satisdet de stando iuri & iudicatum soluendo super re petita ab eodem: constito eis prius per instrumentum, aut duos testes, vel saltem vnum, cum iuramento partis, aut aliam fidem, iuxta discretionem Consulum, de debito, pro quo hoc petitur, & per partem instantem iuratum fuerit ipsum Reum non habere stabilia [b], vel mobilia æquiualentia [c], & de fuga suspectum [d].

ANNOTATIONES.

a Mandatum de capiendo.] Fortius sequestrum, quia, vbi licita est captura, licita est sequestratio, Bal. in l. 2. in vlt. colum. C. de prohib. sequestr. quem refert, & sequitur Felin. in c. vlt. sub nu. 14. vers. vbi licita. de Iud. Decian. cons. 109. num. 89. lib. 2 Natt. consil. 32. num. 5. lib. 1. & cons. 430. num. 9. lib. 2: An autem pro quacumque summa etiam minima debeat concedi tale mandatum, quod non dixit Bald. in Auth. sed iam necesse, C. de donat. Ant. Nupt. Asin. in sua prax. §. 26. cap. 1. Arbitrarium tamen est Iudici, vt tenet Ias. in l. arbitrio, num 5. in fin. ff. qui satisd. cog. Menoch. de Arbit. cas. 87. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 41. num. 9. Sed tempore, quo Ludouicus fuit Auditor Perusiæ non aderat fortasse decretum, quod quis non posset capi pro minori summa duorum scutorum, prout erat in viridi obseruantia de anno 1593. quo ego fui Locumtenens in Ciuilibus in d. Ciuitate, sub gubernio Admodum Illustriss. & Reuerendissimi D. Marsilij Landriani, & esse etiam hodie in obseruantia relatum mihi à pluribus est, vnde cessat tale arbitrium.

b Non habere.] Quia possidens stabilia non tenetur cauere. l. sciendum, ff. qui satisd. cog. vbi Ias. qui limitat duodecim modis, & colligit aliam Regulam à contrario sensu, quod non possidens satisdat. quam limitat quinque modis, vide Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 78. num. 9. & pluribus seqq. Idem, si

haberet, sed non sufficientia, pro satisfactione debiti, & æris alieni, Bald. & Ang. & ante eos Cyn. & Bart. in d.l. sciendum, ff. qui satisd. cog. Caccialup. de Debit. suspect. q. 1. in fin. Bero. consi.12. num. 14. l. 3. Bursat. cons. 141. num.7. & 11. lib. 3.

c Vel mobilia æquiualentia.] Quæ tamen non possint facile asportari, vel occultari. Paris. cons.99. num.22. & seqq. lib.3. Natt. cons.430. in principio lib. 2. Bursat. cons. 241. num. 8. lib. 3. secus igitur, si possint de facili asportari, Neuizan. cons.52. num. 28. Menoch. d.cas. 87. num.12.

d Et de fuga suspectum.] Ex noua causa post debitum contractum, secundum, Bart. quem refert. Ias.in §. superest, num.82.vers.prædictam conclus.& nu.84. Inst. de act. Alexand.cons.19 sub num.2.& 3. lib.3. Rom. cons.320. sub nu.3. Dec. cons.75. colum.1. Socin. in Reg.34.in prima fall.vbi de communi Felin. in c vlt. sub num. 15. vers.ista intellige de Iudic. vbi dat aliam limitationem, nisi forte ignorata causa tempore contractus, Caccialup. de debit.suspect.vers. sesto, principaliter quæritur,num.2. & 3. vbi in specie de Statuto, & latè ibi de hac materia, Castr. in l. arbitrio, ad fin. vers. vlt. scias, ff. qui satisd. cog. vbi dat cautelam pro aduocatis, Bero. cons 50. num.5. lib. 3. Lud. dec. Perus.41. num.10. Bursat. cons.241.num.10. lib.3. Surd. cons.68. num.4. & 9. lib.1. Non tamen sufficit quælibet mutatio,sed insignis,& votabilis,Bald. in l. si pro ea, col. 1. C. mandat.Rom.cons 320. vers.vlt.Caccialup. de debit.susp.6. q. num.7. Rol. cons.65. num.9. lib.3. Menoch. de Arbitr. Iud.cas.87.nu.18. 19. & 21. si tamen debitor pecuniam ab Hebræis mutuo accipiat, potest vti suspectus capi, Paris. cons.99. num. 18.& 65. lib.3. Bursat. cons.241.num.11. lib.3. Sed, quid, si sciens contraho cum aduena, an potero eum allegare suspectum? videtur, quod non, ex prædictis, & tenet Dec. cons.75. num.1. in fin. contrarium vult. Bal. quem refert Ias. in §. superest, num.83. Inst. de Act. Felin. in c.vlt. sub num. 17. vers. item referunt, extra de for. compet. Surd. cons.68. num.11. lib.1. Et Not. quod in dubio præsumitur quis sciuisse tempore contractus conditionem debitoris, Franc. Curt. in tract. de sequestr. q.9. num.44. fol. mihi 493. An autem, si quis fuerit inualide captus, possit postea ex deductis confirmari, & sic malè captus benè detineri? dic, quod sic, secundum Salicet. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. Castr. cons. 472. in fin. num.4. lib.1. Contrarium multis defendit Neuizan. cons.52. num.43. & Rot. cum pluribus ibi citat. dec.151 num.4. tom.2. Var. Impress. Natt. cons.430. num.26. lib.2. Nisi nullitas capturæ proueniat ab incompetentia Iudicis, Dec. cons.75. Bero. cons 9. lib. 3. vbi ampliat, etiam si talis captus dedisset cautionem coram illo Iudice de stando Iuri, & iudicatum soluendo,quia habetur pro non data, non obstante clausula sponte, &c. Neuizan. d. cons. 52. numer.6.

** Quidquid in contrarium tenuerit Rom. consil.242. & ibi Add. qui de magis communi opinione testantur,Rol.cum ibi citat.cons.65 n.5.lib.3. Mascard.de probat. concl.823. num.25. Quorum opinio procedere potest in fugitiuis, in quibus periculum est in mora, vt per Rol. d. cons.65. num 28.vers.2. de quo vide Ias. in l. 1. num.21. concludo ergo, ff. de Iur. omn. Iud. & quicquid sit iure communi; habemus Bullam Sixti IIII. in ord. secundam, annullantem capturas factas à Iudicibus incompetentibus, quæ in hoc est seruanda, prout etiam in eo, quod captura sit soluenda executoribus à faciente capere debitorem suum suspectum.

De

De citatione contra non habentes domicilium. Cap. XXX.

ITem, quod famuli, seu pastores, cum aliquo suo patrono, seu domino permanentes, seu alij, qui proprium in Vrbe domicilium non haberent, si in dicta Curia per aliquos conueniri contingat, citetur personaliter si apprehendi poterint; sin autem, in domibus patronorum, seu dominorum eorum, vel alijs locis, vbi per noctare soliti [a] sunt, & ad valuas Curiæ Consulatus ad quoscumque actus iudiciarios, etiam ad sententiam, vsque ad integram, & finalem executionem &, casu, quo personaliter apprehensus, & ad constituendum [b] domicilium, & procuratorem citatus, procuratorem reperibilem, & acceptantem non constituerit, & domicilium non elegerit, tunc contra talem citatum decernatur processus per affixionem ad valuas Curiæ Consulatus, & procedatur vt supra: & citationes de eis, vt præmittitur, fiendæ perinde valeant, & perpetuò obtineant roboris firmitatem, ac si ad domos solitæ habitationis eorum, si illas haberent, legitimè factæ forent. Et citatio facta contra corporales, & gregarios alicuius societatis forensium, & aduenarum, seu in casa, vel capana ipsorum, afficiat etiam omnes socios, dominos, etiam famulos, nec dici possit de nullitate.

ANNOTATIONES.

a Vbi pernoctare soliti sint.] Ergo etiam in hospitijs, & diuersorijs, vbi frequentius pernoctare solent, Bart. in l. 4. §. prætor ait, colum. 2. vers. quid si non habet, ff. de damn. infect. Innoc. in cap. quia propter, in vers. illud autem penitus, extra de elect. Asin. in prax. Iud. §. 6. cap. 5.

b Ad constituendum domicilium.] Not. quod etiam valeret citatio facta ad constituendum domicilium, non alio addito de ijs, quæ solent apponi, videlicet ad constituendum procuratorem reperibilem, quia censetur facta de omnibus, quæ sunt de natura illius actus, & censentur apposita ea omnia, quæ de consuetudine apponi solent, Bart. in l. Gallus, §. idem dicendum, num. 2. & 4. in fin. & ibi Doct. ff. de lib. & posthum. Bald. cons. 389. duo Instrumenta, lib. 3. Rom. cons. 343. colum. 2. Ias. in d. §. idem credendum, num. 7. latè Cephal. cons. 770. num. 33. lib. 5. Sed in contrarium facere videtur, quod promittens stare Iuri in forma, non censetur promittere de soluendo Iudicatum, licet ex consuetudine ita soleant recipi tales cautiones, Bero. cons. 14. num. 3. & 4. lib. 3. Sed hoc procedit in obligationibus, quæ stricti sunt Iuris, vt manifestè apparet. Sed, quid, si quis fuit citatus pro certo termino ad constituendum procuratorem, cum

comminatione,quod aliàs citabitur ad valuas,& procurator fit constitutus post terminum parti non aliter intimato, an valebit processus factus per affixionem ad valuas. Castr. in l.1.C. qui satisd.cog. Dicit, quod sic,quia pars non tenetur * scire ea,quæ sunt apud acta. In contrarium est communis opinio, vt per Abb. in cap.mandati,in fin.de procu.quam tenuit Rot.decis.325.tom. 3. diuers. Impress. quæ est ferè ad verbum repetita decis.258.eo. tom.

De modo procedendi contra forenses de districtu Vrbis
Cap. XXXI.

ITem volumus,quod forenses, necnon habitantes, & domicilium habentes extra Vrbẽ infra 40. milliaria,qui est [a] districtu Vrbis, citentur edicto Consulum [b], eorum sigillo sigillato, quod infra terminum trium [c] dierum à die executionis dicti edicti proxime sequentis compareant in Curia Consulum,responsuri de iure Actori super quantitate, vel re, quã intendit petere ab eisdem : quam quantitatem,vel rem cum causa,propter quam voluerit petere,in ipso edicto exprimere teneatur Actor : & in dicto termino procuratores reperibiles, & acceptantes,ac domicilium in Vrbe, vbi volunt citari, constituere,& eligere debeant,cum comminatione, quod, si non comparuerint,responderint,& procuratores, & domicilium nõ deputauerint, contra eos procedetur per affixionem ad valuas Curiæ Consulatus vsque ad sententiam inclusiue. &,si contumaces fuerint,ad instantiam Actoris reproducto edicto prædicto,executo per Mandatarium Capitolinum personaliter, vel ad domum solitæ habitationis dimissa copia, vel affixa contra Reum,vel in platea loci,seù castri habitationis, si personaliter, vel domicilium reperiri non poterit, decernatur processus [d] per affixionem ad valuas Curiæ Cõsulatus Artis huiusmodi, & deueniarur ad litis contestationem, & successiuè ad alios actus, * provt in Capitulo vigesimo tertio, De modo procedendi in causis ciuilibus cuiuscũque summæ,continetur. Si verò Reus in termino, vel aliàs quandocumque ante sententiam comparuerit,refectis expensis contumacialibus, in suis defensionibus audiatur [e]. Si verò post sententiam, tunc parito iudicato [f], similiter in suis defensionibus audiatur,& procedatur secundum formam dicti Capituli vigesimi tertij.

AN-

ANNOTATIONES.

a Qui est districtus Vrbis.] vt habetur lib. 1. Stat. Vrb. cap. 195. de ver. signif. ad has enim angustias redacta est potestas Romani Imperij, cuius olim districtus per totum ferè mundum patebat, vt per Bart. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de off. præfect. Vrb. Cagnol. in l. fin. num. 5. ff. de Iurisd. omn. Iud. Asin. in sua prax. Iud. §. septimo, cap. primo, num. 8.

b Citentur edicto Consulum.] De hoc modo citandi per edictum, vide Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo edictum, post princip. Felin. in c. quoniam frequentes, §, porro vt lit. non contest. Marant. de ord. Iud. §. porro, num. 82. par. 6. Vant. de Null. ex defect. citat. num. 130. & seqq. Menoch. de Recup. Remed. 7. num. 110. & seq. Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 2. 3. & 4. vbi latè Add. Asin. in prax. Iud. §. 7. cap. 4. Ioseph. Lud. in suis concl. tit. de citat. per edict. concl. vnica, vbi refert 14. casus, in quibus de iure committitur citatio per edictum, quos ante eum posuit Marant. loco. d. Et, quod melius sit citare per edictum, quam per proclama, dixit Neuizan. qui late de hac materia cons. 70. num. 12.

c Infra terminum trium dierum.] Qui terminus est satis competens, quia pro singulis 20. miliaribus dantur singuli dies, addito deinde sexto die quietis, l. si prætor, ff de Iud. l. 2. §. si quis cautus, ff. si quis caut. Vestr. in sua prax. lib. 4. tit. de Citat. capit. 2. num. 5. Asin. in prax. Iud. §. 21. c. 1. nu. n. 7. Bursat. qui hos citat, cons. 225. num. 18. lib. 2. Alias citatio esset nulla cum præfixione breuioris termini, Cassad. dec. 6. de dol. & contum. & decis. 3 de Dilat. Put. dec. 150. num. 1. lib. 3. Crescent. lib. 1. dec. 171. Affl. dec. 124. num. 3. & 366. num. 15. & ibi Vrsill. licet aliud sentiat Bursat. cons. 74. num. 71. lib. 1. vbicumque possibile est, quod quis in tali termino compareat. An autem necesse sit appellare ab ista breuitate termini? dic, quod sic; si constat citatum habuisse notitiam de ea, alias non, Put. decis. 150. num. 3. lib. 3.

d Decernatur processus.] Vt est de stylo, de quo Vant. in tract. de Null. tt. de Null. ex defect. Citat. num. 110. Bursat. cons. 74. nu. 105 lib. 1. Grauat. ad Vestr. lib. 4. cap. 4. num. 15. Put. decis. 280. lib. 2. in manuscript. Nam de iure communi potest ad sententiam deueniri absque alia citatione, Castr. in l. ad peremptorium, num. 6. ff. de Iud. Marsil. sing. 160. incip. Citatus, Bursat. cons. 74. nu. 104. & seq. lib. 1.

e Audiatur.] Quia citatus per edictum est fictus contumax, vnde venit audiendus refectis expensis, Felin. in c. quia frequenter, num. 16. vt lit. non contest. Dec. cons. 34. Rot. decis. 16. de Dol. & contum. in Nou. & decis. 2. eodem titulo, in Antiq. Verall. decis 118. part. prima.

f Parito Iudicato.] Hæc clausula stat condicionaliter, si adest res iudicata, Rot. dec. 100. num. 35. tom. 3. diuers. Impr. Et, quod hæc clausula non habeat locum in sententia, à qua fuit appellatum, tenet Felin. in rub. de sent. & re iud. circa princip. sub num. 1. vers. sed sequere Abbatem.

De

De modo procedendi contra forenses extra districtum. Cap. XXXII.

ITem, quod, si quis ciuis Romanus, vel districtualis, Vrbis, vel districtus incola, habere prætenderet actionem aliquam contra aliquem forensem, extra Vrbis districtum habitantem vltra 40. milliaria, super aliquo damno dato, seu causa criminali in dicta Vrbe, vel eius districtu, seù contractu de rebus spectantibus ad Artem, super quo, seù qua voluerit in Curia dictorum Consulum experiri, ad citationem, & processus contra dictum forensem taliter procedatur, videlicet, quod ad petitionem Actoris fiat edictum Cōsulum citationis, cum quo dictus forensis citetur per mandat. Cur. Cap. vel publicum præconem ad sonum tubæ, die Lunæ in platea Campi Floræ, die Mercurij tunc proximo, in foro Agonis, & die Iouis, & Veneris tunc a sequentis in Campo Boario [a]: in quo edicto dicto forensi triginta dierum terminus statuatur tunc proximè futurorum ad comparendum in dicta Curia responsuro de iure dicto Actori super re, vel quantitate in edicto huiusmodi exprimendo cum expressione summæ, & causæ, quæ petitur per Actorem, de qua fiat verbalis petitio apud acta Notarij dictæ Curiæ: &, quod infra eundem terminum debeat procuratorem reperibilem, & acceptantem, vel domicilium, vbi vult citari, constituere, & deputare, cum comminatione, quod, si infra dictum terminum non comparuerit, procuratorem, vel domicilium non deputauerit, post lapsum dicti termini contra eum procedetur per affixionem ad valuas Curiæ Consulatus. Et, si contumax fuerit, ad instantiam Actoris reproducto edicto, modo, quo supra, executo, contra Reum decernatur processus per affixionem ad valuas Curiæ Consulatus: & Actor illum citari faciat ad respondendum petitioni pro prima: & procedatur prout in Capitulo decimo octauo, De modo procedendi in causis ciuilibus cuiuscumque summæ. Et, si infra dictum terminum aliquis pro eodem Reo voluerit comparere, & pro eodem de stando b iuri, & iudicatum soluendo idonee cauere [b], taliter comparens

ad

ad eius defensionem per Consules admittatur, & procedatur in causa, vt in dicto octauo Capitulo continetur. Si verò sic citatus, vel alter pro eo non comparuerit, contra eum procedatur, vt supra dictum est. Sed, si post sententiam quandocumque Reus comparuerit, & expensas litis Actori refecerit, idoneeque cauerit de stando iuri, & soluendo iudicatũ super re petita, in suis defensionibus audiatur: & terminus quindecim dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum quidquid voluerit, peremptorie statuatur: quo elapso, si petatur, publicetur processus, & trium dierum vtilium terminus ad opponendum contra personas, & dicta testium assignetur: quibus elapsis, ad definitiuam procedatur sententiam c.

ANNOTATIONES.

a In campo Boario.] Quid, si citatio publicetur in duobus tantum locis, an dicatur satisfactum Statuto? videtur, quod sic, ad ea, quæ ponit Bellam. 194. dec. quem sequitur Socin. in tract. de Citat. art. 23. q. 9. in fin. Neuizan. cons. 70. nu. 17. Sed in contrarium facit Decis. Cassad. 1. de Dol. & contum. vide Vant. in tract. de Null. tit. de Null. ex defect. citat. num. 31. & 33. Surd. cons. 181. nu. 34. lib. 2. Decian. cons. 18. num. 181. lib. 1.

b Idonee cauere.] Intellige, si à parte petatur, gl. vlt. circa med. & ibi Ias. in l. vniuersa, C. de precib. Imp. off. Castr. in l. peto, §. fin. de leg. 2. Ruin. cons. 91. num. 10. lib. 2. Dec. qui de Statuto loquitur in cons. 607. num. 3. Cephal. cons. 454. num. 49 lib. 4. Boer. dec. 124 num 31. vbi tamen, quod potest Iudex hoc supplere, Rim. Iun. cons. 819. num 50. lib. 7. & cons. 277. num. 12. & 279. num. 102. lib. 3. & cons. 568. num. 18. lib. 5. Natt. cons. 685. lib. 4. & in simili facit illud de vsufructuario, qui tenetur dare cautionem de bene vtendo, & fruendo, si à parte petatur, Bar. in l. vxori vsufructu, in fin. ff. de vsufr. leg. Alex. cons. 95. in princip. lib. 4. Dec. cons. 607 num. 3. Quando autem in aliqua dispositione fit mentio fideiussoris, semper intelligitur de Idoneo, & habili, Hipp. Rim. cons. 446. num. 9. & 39. lib. 4. Gomez. de Contract. cap. 13. num. 8. Et, quando idonee, vel sufficienter cautum dicatur, arbitrio Iudicis remissum est, Bald. in d. l. vniuersa, colum. 2. ad fin. C. de precib. Imp. off. & in cons. 472. super eod. lib. 3. Franc. Becc. cons. primo, num. 27. Sed, quid, si forensis non inueniat fideiussorem, sed paratus sit dare pignora æquiualentia loco fideiussionis, an dicatur satisfactum huic Statuto requirenti satisdationem? videtur; quod non: quia qui tenetur fideiubere, non liberatur dando pignora, gl. in Auth. offeratur, C. de lit. contest. Alex. in l. 1. in 1. colum. ff. qui satisd. cog. In Contrarium facit, l. si quis in conscribendo. de pact. vide C. Afflict. super Const. Humanitate, lib. 2. rub. 10. num. 5. vbi, quod potest hoc facere Iudex, sed non cogitur.

c Procedatur sententiam.] Parte instante, gloss. in l. properandum, in principio, verbo triennij, & in §. si quidem, & ibi Ias. num. 5. C. de Iud. cum alijs per

Vant.de Nul.ex defect.iur.num.121. Nisi tamen fuerit lata ad fauorem actoris, quia non est nulla, etiam parte non instante, Ias. in d. l. properandum, §. 1. sub num.6.lim.4.Ang.consil. 167.num.2.Rot. ita tenuit teste Cæsar. de Graff. dec.37.al.11.vbi de caus. possess.

De executione contra forenses de districtu. *Cap. XXXIII.*

Item, quod Consules dictæ Artis teneantur, & debeant a ad requisitionem petentium, executionem facere contra forenses districtus Vrbis in Curia ipsorum condemnatos, mandando Communitati ciuitatis, castri, seu villæ, aut loci, vndè fuerit condemnatus, per mandat. Cur. Cap. dimissa copia, in valuis Ecclesiæ dicti loci, quod infra terminum quinque b dierum debeant cogere cum effectu, realiter [b], & personaliter, c ac alijs remedijs [c] opportunis, dictum sic condemnatum [d] ad d satisfaciendum Actori de omni eo, in quo Actori prædicto appareret in sententiam huiusmodi condemnatus, sub pœna centum scutorum, Cameræ dictæ Artis applicandorum: quod si non fecerit elapso dicto termino, iterum modo prædicto peréptoriè moneatur, cum comminatione, quod, si infra triduum effectualiter non coegerit debitorem satisfacere creditori, contra ipsam Communitatem, homines, & bona eiusdem ad executionem dictæ summæ procedetur, quibus elapsis, Consules contra ipsam Communitatem, homines, & bona ad executionem vsque ad effectualem satisfactionem procedere teneantur.

ANNOTATIONES.

a Ad requisitionem petentium.] Debet enim peti executio, argumento, l. in stipulatione, n.5.ff.Iud.sol.Afin.in sæpe citat. prax.iud.§.31.c.2.n.3.Bal.in l.si pro te, la seconda, per illũ tex.C.de dot.promiss. Alciat.to.3.Resp l.8.Resp.88. n.6.Gallef.ad form.oblig.Cam.tit.de person.pet.execut.nu.1.vbi, quod, si quis petat executionem alieno nomine, debet ad hoc habere speciale mandatum.

b Realiter, & personaliter.] Nec eligendo realem sibi præiudicat in personali, stante Stat.Vrb.l 1.c.191.de elect.execut.& c.87.de execut. senten.

c Vel alijs remedijs opportunis.] Seruata tamen loci consuetudine, vbi fit executio, l.missi opinatores, C.de exact.tribut.l.10.Bald.cons.285.incip.casus, ad fin.lib.2.Rocch.Curt.in tract.de Statut.sect.vlt.nu.8.& 54.

d Condemnatum.] Debet tamen in primis constare de hac condemnatione, vt in simili consuluit Ang.cons.6.quem refert, & comprobat Barbat. cons.44 nu.5.

nu.5.verf.& confuluit Ang.lib.1.Stracch.in tract.de Mercat.in 3.part.vlt.par. principalis,nu.2.An autem Communitas teneatur exequi fentētias notoriè iniquas, & iniuftas? Dic, quod fic, quia eft mera executrix, & nullam habet cognitionem,cap.Paftoralis, §.quia verò, extra de off.deleg.f.executionem, vbi glof.& Bald.C.de execut.rei Iud.Ial.in §.fin minus,col.6.in fin.verf.aduertite, Inft.de Act.Alciat.tom 2.Refp.lib.5.Refp.3.nu.2. Franc.Marc. 9. Delfi.1157. nu.3.tom.1.Imol.conf.127. Roland. qui hoc declarat habere locum in ciuil. fecùs in crim.ob damnum irreparabile,in conf.12.n.82.lib.3. Decian.conf.11. nu.189.lib.1.Afin.in fua prax.§.31.c.17.

a *Quod nullus audeat fe in alia Curia reclamare* a.
Cap. *XXXIV.*

ITem,quod nulla perfona,cuiufcumque ftatus,gradus, ordinis,vel condicionis, aut dignitatis exiftat,audeat, vel præfumat fe in aliqua alia Curia reclamare, aut litigium, feu caufam mouere de rebus prædictis, aut aliqua earundem, vel earum occafione. Et quod Iudex nullus ordinarius Vrbis de rebus pertinentibus ad Artem,quouis quæfito colore, fe intromittat, fed caufæ huiufmodi, coram alijs Iudicibus pendentes, quandocumque reaffumantur per DD.Confules,in eo ftatu, & terminis, in quibus reperiuntur: & ipfis Iudicibus, ac partibus fub pœnis arbitrarijs inhibeatur: quam pœnam contrafacientes irremiffibiliter foluere teneantur. Et Confules pro tempore exiftentes à contrafacientibus exigere teneantur.

ANNOTATIONES.

a Reclamare.] Idem fupra c.23. vbi aduerte, aliud effe de Iure communi, quo confules non poffunt præiudicare Iudicibus ordinarijs,per eorum Statuta, Bero.conf.7.lib.3.Stracch.de Mercat.in 2.part.vlt.part.tit.quom.in cauf. mercat.nu. 1.Menoch.de Arbitr.Iud.q.40.nu.4. & 5.

Quod credatur fidei Dohanæ. *Cap.* XXXV.

ITem,ftatuimus,& ordinamus, quod fidei Notarij Dohanæ Carnium, quando in ea exprimitur, emptorem foluiffe Dohanam,cum dicto vnius teftis,adhibeatur plena fides, ac fi effet publicum inftrumentum: contra quam exceptionem non habitorum dari non pofsit,& fecundum prædicta Confules eorum fententias ferre teneantur.

De responsione articulorum. *Cap. XXXVI.*

ITem, quod in omnibus causis, in quibus articuli, seu positiones aliquæ producuntur [a], teneatur producens illos medio iuramento, si id reus petierit, dare, & pars, contra quam producuntur, quandocumque durante termino probatorio producantur, teneatur illis per verbum credit [b], vel non credit, si ab aduersa parte petatur, simpliciter [c] medio iuramento [d] sufficienter respõdere infra terminũ in monitione desuper faciẽda præfigendum: aliàs, post dicti termini lapsum, parte citata, dictæ positiones, & articuli per Consules haberi pro confessatis [e], & Reus pro confesso, prout sibi deterius erit [f], desuper pronuntietur: de quibus articulis, & positionibus copia Reo nullatenus tradatur, nec ostendatur, donec responderit.

ANNOTATIONES.

a Producuntur.] In qua productione pars est citanda, iuxta ea, quæ ponit Gabriel concl. 1. de Citat. nu. 109.

b Per verbum credit.] Quod est veritatis expressiuum, quando à principali profertur, Bald. in l. 1. in fin. C. de fals. Caus. adiect. leg. Corn. cons. 58. num. 9. lib. 3. Rot. Genuen. decis. 48. nu. 1. & 122. nu. 4. Et ita respondendum est de iure positionibus, l. 2. in princip. & §, quod obseruari, C. de iur. cal. cap. præsentium, de testib. in 6. Natt. cons. 59. num. 1. lib 1. An autem possit responderi per aliud verbum æquipollens, Castr. cons. 157. ad primum quæsitum, n. 2. vers. sed certè, lib. 2. tenet quod sic, & in fortioribus terminis Statuti, in quo erat apposita dictio taxatiua, latè idem comprobat Asin. in sua prax. §. 19. c. 25.

c Simpliciter.] De hac dictione vide Rom. in l. Iusiurandum, & ad pecunias, §. ait prætor, ff. de Iureiur. vbi multa ponit notatu digna, & de Responsione simplici vide Asin. in sua prax. §. 19. c. 18. nu. 2. & de Responsione categorica, quæ idem sonat, quod simplici, & Hypothetica, vide decis. Pedemont. 173. nu. 3. Sed, quid, si respondeat, credo, prout in instrumento? Dic, non esse simplicem, Bald. in Addit. ad Spec. tit. de Instr. edit. vers. ista responsio. Quid si dicat, ignorat, ideò non credit? Non valet Responsio, Doct. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig quia non est simplex, Natt. cons. 59. nu. 12. lib. 1 & est Statutum Vrb. lib. 1. c. 68. in fin. Idem, si respondeat per verbum dubito, Castr. in l. si debitor, ff. de petit. hæred. vbi supra nu. 12. Nisi quis interrogaretur de facto alieno penitus incerto, glos. in cap. præsentium, in verbo quid sciat, de test. in 6. Natt. d. cons. 59. nu. 2. Limita tamen hoc Statutum, vbicunque positio esset captiosa, quia potest ex causa responsio modificari, Bald & Rom. in l. Iusiurandum, & ad pecunias, §. ait prætor, vbi etiam Ial. nu. 4. in vlt. Not. ff. de Iust. & Iur. vbi

habes

habes exempla Alex.in d.l.1.§.si quis simpliciter, col.2. vers.2. limita post Bal. ibi, ff.de Vulg.& pup.vbi etiam Claud.Seysell.col.pen.& Rip.nu.26.Boss.in tit.de Fals.nu.158 Decis.Pedem.173.num.4. Silua Nupt.in verbo Monitoriæ, nu.53.& 54.Menoch.de Arbitr.Iud.cas.25.vbi multos ponit casus, in quibus potest hoc Statutum in hac parte limitari. Adde Bald.in l.1.nu.2. C.de Ædil. act.

d Medio Iuramento.] Cap.præsentium, de Testib.lib.6.Ias.in l.Iudices,n.7. C.de Iud. &, quando sunt super facto alieno, sufficit, quod ita iuret credere, prout ponit Host. in tit. de iur. calum. in sum. §.quando, Castr. in l.2. §.quod obseruari, nu.17.C.de Iud.Put.decis.275.lib.2.

e Haberi pro confessatis.] Et in hoc est necessaria pronuntia, secundum Bar. in l.eius qui, sub nu.3.ff.de Iure fisci, Marsil sing.283.vers.adde etiam prædictis, Rip.in l.1.nu.28.ff.de Vulg.Mascard.de Probat.concl.1777.num.70. lib.3. A qua pronuntia nunquid detur appellatio, stante hoc Statuto caueatur, ff.de verb. oblig.& Afin.in sua prax.Iud.§.19.c.15. An autem post terminum, ante tamen pronuntiam, possit mora purgari? dic, quod sic Regulariter, secundum Salicet. in l. semel mora, in 3.cōcl.ff solut.matrim.Franc.in c.2.ad fin.de Confess. in 6. Neuizan.conf.6.nu.12.vbi limitat, nisi mora fuerit geminata, nisi Statutum loquatur per verba ipso Iure, vel citatio fuerit facta sub pœna confessatorum. Quando tamen positio non esset admittenda, vel ratione personæ, vel formæ, contumax non habetur pro confesso. Bald. in l. si fili, la 2. ff. de Interrog. act. Rol.conf.31.nu.15.lib.1 latè Mascard.de Probat. concl.1777. nu. 76.& seq. lib.3.vbi etiam, quod in beneficialibus contumax non habetur pro confesso.

f Prout sibi deterius.] Sic etiam de Iure communi pronuntia ista semper debet interpretari, vt magis noceat contumaci, Abb.in c.penul.col.6.vers.vltim. de iur.cal.Lanfr.in c.quoniā contra, in verbo responsiones, circa fin. de Probat. & in Addit. ad Alex.in l.quæ dotis, col.8.ff.solut. matrim. Felin.in c. dilecti il 2.col.2.vers.considera in hoc vltimo de Rescript.Neuizan.conf.79 nu.21.

a *De iuramento super partito* [a]. *Cap. XXXVII.*

ITem, quod in quacumque causa cuiuscumque quantitatis, b si aliqua partiū voluerit [b] alteri partitum facere de iurādo, aut referendo, possit, & valeat dictum partitum facere, & Consules dictæ Artis teneantur, & debeant aliam partem cogere ad recipiendum dictum partitum, videlicet quod aut iuret, aut referat facienti partitum iuramentum. Et, si illa pars, cui dic ctum partitum factum fuerit, ipsum partitum recusauerit [c], nec iurare, vel referre voluerit, tunc consules teneantur illi iuramentum deferre, qui dictum partitum fecerit, & similiter fiat, si ille, qui citatus fuerit ad recipiendum dictum partitum, non comparuerit, quod iuramētum sit, & esse debeat decisorium, &

nullo

d nullo tempore posſit in aliquo retractari [d]: ſed Conſules dictæ
e Artis debeant ſtatim ad ſententiam [e] procedere, abſoluendo Reum, ſi iurauerit ſe ad petita non teneri, vel mandatum relaxandum contra Reum, ſi Actor iurauerit eum ſibi in aliqua quantitate teneri.

ANNOTATIONES.

a De iuramento ſuper partito.] De quo in l. manifeſtæ turpitudinis, & ibi Bart. Iaſ. & alij, ff. de Iureiur. late per Menoch. de Arbitr. Iud. cap. 189. Maſcard. de Probat. concluſione 955. tomo 2. Viu. opinione 428. Et de forma huius Iuramenti, & præſertim ſuper partito captioſo, Iaſ. in d. l. manifeſtæ, num. 6. & 7. & quod arbitrarium ſit Iudici, ſub qua forma ſit deferendum, Aym. conſ. 103. num. 7. Menoch. d. caſ. 189. nu. 3. & Maſcard. d. concluſione 955. nu. 13. tom. 2.

b Si altera partium voluerit.] Quia debet ab altera partium præſtari, l. prætor, & ibi not. Iaſ. num. 4. ff. de Iureiur. Maſcard. d. loco. num. 13. & in tali præſtatione iurabit de calumnia, parte ita volente, l. Iuſiurandum, & ad pecunias, §. Qui iuſiurandum, & ibi Iaſ. num. 3. ff. de Iureiur. Lancell. Conrad. in tract. de offi. præt. in cauſ. Ciuil. lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 8.

c Recuſauerit.] Sine cauſa, quia ex cauſa poteſt, Bart. qui ponit nouem caſus, in d. l. manifeſtæ, & ibi Iaſ. Bellacom. qui ponit alios quindecim caſus inter Communes opin. diuerſ. tom. 1. tit. de Iuramento Iud. fol. mihi 459. Maſcard. de Probat. d. concluſione 995. tom. 2. Menoch. d. caſ. 189. Lancell. Conrad. d. loco, cap. 9. §. 2. num. 8. Et in ſpecie, quod, vbi aduerſarius non habet actionem, ego non tenear iurare, eſt tex. in l. ſi patronus, ff. de Iureiur. Bart. in d. l. manifeſtæ, & ibi omnes, facit tex. in l. tutor, §. fin. de Iureiur. & facit quod dicit Surd. conſ. 190. num. 6. lib. 2. vbi, quod non tenetur quis ſuſcipere Iuramentum, quod non eſt ſibi profuturum. Quid autem, ſi quis iuret, veram petitionem, ſed illi ſatiſfactum? an posſit pro parte acceptari, & pro parte non? Iaſ. in l. manifeſtæ, numero 8. ff. de iureiuran. Marant. in ſexta part. Specul. tit. de Confeſſ. num. 27.

d Retractari.] An autem per Inſtrumenta nouiter reperta posſit retractari? Dic, quod ſic, Curt. in l. admonendi, ff. de Iureiur. Io. And. Imol. & Gem. in cap. 2. de temp. ord. in 6. Balb. deciſ. 139. vbi tamen dicit, Doct. Antiquiores tenuiſſe contrarium.

e Sententiam.] Quæ ſententia eſt neceſſaria, vt posſit ex hoc Iuramento agi contra hæredem, aliàs enim hæres ex tali iuramento conueniri non poſſet, vt per Bart. in d. l. manifeſtæ, in fin. & ibi Iaſ. qui de communi, licet ipſe non nihil notet, ff. de Iureiur. Alex. conſ. 128. in fin. lib. 2.

a *De admiſsione iurium* [a]. *Cap. XXXVIII.*

Item, quod omnia acta, ac quæcumque iura, petitiones, proteſtationes, articuli, & omnia alia in cauſis coram Conſulibus producenda, Conſules, parte, quam contra producuntur, ad

b ad hoc legitime citata, admittant, si & in quantum b admittenda veniant de iure, saluo iure impertinentium c, & non admittendorum, cæterisq; exceptionibus partis saluis: quæ omnia discutiantur ante prolationem sententiæ, taliter, quod pronuntiando in causa intelligantur omnia fuisse discussa, licèt in sententia aliqua de præmissorum discusione mentio facta non fuerit: nec à tali, vel simili interlocutoria detur appellatio, vel reuisio.

ANNOTATIONES.

a De admisione iurium.) Appellatione Iurium veniunt omnes scripturæ, tàm publicæ, quàm priuatæ, Castr. in l admonendi. num. 28. ff. de iureiur. Imol. in c. licet causam, num. 31. extra de probat. Asin. in sua prax. §. 22. cap. 4. nu. 13.

b Si, & in quantum.) Hoc enim importat ista clausula, de qua Rom. in l. 1. nu. 20. ff. de Arbitr. Alciat. tom. 2. lib. 6. Resp. 48 num. 4. Licèt ista admisio sit potius de stylo, quam de substantia, quia Iudex recipiens testes super articulis datis videtur illos admittere, Rot. de Præb. decis. 12. in Nou. & decis. 11. de Except. in Antiq.

c Saluo iure impertinentium.) Quæ clausula inuenta est ad abbreuiandas lites, & occurrendum cauillationibus procuratorum, de qua glos. in c. cum contingat, de off. deleg. & ibi Io. Andr. Imol. Butr. & Felin. Bar. Alex. Ias. & alij in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiur. Alber. in l. 2. §. quod obseruari, in 9. breuiloq. ff. eo. Curt. Sen. cons. 79. col. penult. Rol. à Vall. cons. 34. num. 5. lib. 3. Marant. de ord. iud. par. 6. tit. de posit. & art. num. 23. Decian. cons. 75. nu. 10. lib. 3. licet aliqui dixerint magis consuli partibus, si ante admisionem discutiantur, an sint pertinentes, vel ne, inter quos Card. in d. c. cum contingat, vbi etiam testatur de stylo Romanæ Curiæ Dec. cons. 162. col. 1. Paris. cons. 67. num. 38. lib. 4. late Rol. cons. 34. num. 13. lib. 3. Aym. cons. 23, num. 4. Gram cons. 46. num. 4. & 5. Vulpell. cons. crim. 133. num. 14. Quorum opinio æqua est, vbi positiones sunt manifeste impertinentes, secus vbi dubitatur, vt dixit Ias. in d. l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiur. Natt. cons. 20. num. 5. lib. 1. Neuizan. cons. 7. num. 16, Imol. in l. 4. §. prætor, ff. de damn. infect. Barbat. cons. 36. num. 24. lib. 2. Paris. cons. 97. num. 136. lib. 1. Rot. tamen aliud seruat etiam in manifeste impertinentibus, vt apparet decis. 24. de Testib. in Antiq. Et maxime vbicumque quis esset à Curia recessurus, Franch. in c. 2. col. 5. de Confess. in 6. Rot. decis. vlt. de seq. possess. in Nou. & certe melius est, mille positiones impertinentes admittere, quam vnam pertinentem reijcere, Host. & Card. in c bene in vers. contra legati, in 3. col. de elect. Rol. cons. 34. num. 9. lib. 3. Et positiones pertinentes sunt, quæ nascuntur ex libello, siue directe, siue indirecte, siue necessario, vel adminiculatiue, contineantur in libello, Ægid. dec. 168. Corn. cons 18. col. pen. lib. 4. & cons. 27. col. 5. eod. l. Dec. cons. 88 col. fin. & cons. 517. num. 2. Rol. cons. 34. num. 8. lib. 3. Decian. cons. 75. num. 2. lib. 3. Et sic impertinentes sunt, quæ causam non contingunt, l. speciali, & ibi Ang. ff. de rei vendic. Natt. cons. 20. num 4. lib. 1.

De

a *De socijs, qui in solidum conueniri* [a] *possunt.*
Cap. XXXIX.

ITem, quod omnes socij cuiuscumque exercitij de rebus ad Artem pertinentibus teneantur dominis rerum eisdem, vel b alicui eorum venditarum, vel locatarum [b], ad eorum partem pertinentium, vel famulis, qui eisdem, vel alteri ipsorum in communi exercitio inseruiuerint, in solidum satisfacere, etiam quod omnes, non interuenerint in emptione, vel locatione, aut dictorum famulorum conductione, quibuscunque non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Qui in solidum.] Simile Stat. extat in Curia Mercatorum Luccæ, super quo Magon. decis. Luc. 1. num. 28. & super simili Statuto Bononien. consuluit Bero. in cons. 86. num. 49. lib. 3. & super alio Stat. simili consuluit Corn. cons. 69. nu. 4. lib. 3. Et licet Genuæ non sit Statutum de hoc, esse tamen consuetudinem inueteratam testatur Decis. Genuæ 46. Et factum est hoc Statutum ad tollendas Doctor. quæst. & varietates in illo articulo, an socij teneantur in solidum, de quo Paris. cons. 97. num. 31. lib. 1. & cons. 99. per totum, & maxime, num. 31 & 32. & cons. 94 lib. 4. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 9 Roncheg. in Repet. l. eandem, num. 142. & 164. & in l. reos, §. cum in tabulis, num. 25. & 58. ff. de duob. reis, Ruin. cons. 77. num. 3. lib. 4. Rot. Genuen. Decis. 15. num. 14. & 21. & decis. 97. num. 8. & 162. num. 1. Bero. cons. 10. num 4. lib. 1. late decis. Pedem. 150. num. 6. & 7. Natt. cons. 567. num. 1. lib. 3. vbi in effectu concludunt, quod aut omnes negociantur, & tenentur pro rata, aut vnus est præpositus, & tenetur in solidum. An autem socij possint in solidum conuenire, vide Anton. Aug. libro tertio, decisio. 419.

b Vel locatarum.] Idem, si emptæ fuissent ab ipsis, modo simus in Aedilicijs actionibus, quia in illis socius pro re vendita tenetur in solidum, aliàs secus, Crem. sing. 166. emi à pluribus, vide Bart in l eandé. q. 7. nu. 9. ff. de duob. Reis.

a *Quod credatur scripturæ* [a] *librorum hominum Artis.*
Cap. XL.

ITem, si quæstio esset inter aliquem de Arte huiusmodi, & famulum, seu pastorem eius, super tempore deseruito, & seruiendo, quantitate salarij, & solutione, seu mutuo factis per dictum de Arte dicto eius famulo, seu pastori, dum ad sua seruitia permanserit, credatur scripturæ librorum dicti patroni

cum

b cum iuramento ipſius [b], qui ſcripſerit de omnibus ſupradictis, & hoc intelligatur, quando in dicto libro aliqua manifeſta ſuſpicio non haberetur, de qua ſuſpicione ſtetur arbitrio, & iudicio Conſulum.

ANNOTATIONES.

a Quod credatur ſcripturæ.) Habebit locum hoc Statutum etiam extra forum Agriculturæ, modo allegetur Io.And.in Add.ad Specul.tit. de Inſtr. edit. §.nunc dicendum, in Add.magna, Butr.in c.2 de fid.Inſtr.Iaſ. in l. admonendi, ſub num.1.& ibi Caccialup.num.64. ff. de iureiur.latè cum ibi citat. Maſcard. de probat.concl. 973.num.22.& ſeq. tom. 2. Quia ſcriptura facta in aliquo loco ſeruat priuilegium illius loci vbicunque, Bal.in l.ſi non ſpeciali, C de Teſt. & huiuſmodi ſtatuta facta à collegijs artificum non ſolum coram eorum Conſulibus ſunt ſeruanda, ſed etiam in alijs Curijs, inter ipſos tamẽ artifices, Bero. conſ. 158.num.3.lib.3.Rebuff.in Com.titul. de Mercat.art.vlt. gloſ. vnica, verſ. & ſic videamus, fol. mihi 208. vbi tamen limitat ſecus eſſe, quando Statutum diſponit, vt in aliqua cauſa ſummariẽ procedatur, quia intelligendum in foro mercatorum tantum, prout etiam intelligendum eſt in pertinentibus tantum ad artem, dum mandat adhiberi fidem libris hominum artis, Rom. conſ. 204. & ſeq.& ibi latè Add. quibus addo Rim. Iun.conſ. 71.num. 9. & 10. vbi de communi, lib.1.& conſ. 489. num. 36 & 37.lib. 5. An igitur erit credendum libris, in quibus ſcriptum reperitur, aliquem fideiuſsiſſe pro aliquo famulo, vide late Alb.conſ.95.quem refert, & ſequitur Rim.Iun.conſ.489. num. 37. lib. 1. Quid, ſi reperiatur ſcriptum, famulum eſſe ſuum debitorem? Dic, quod credetur, & maxime quando inſerta eſt vera, & iuſta cauſa, l.non ſolum, §.an debitor, vbi Bart.not.ff.de pecul.Bonacoſſ.in tract.de ſer. & fam.q.139.Intellige etiam hoc Statutum, duobus concurrentibus, ſcilicet integritate vitæ ſcribentis, & qualitate rei ſcriptæ, Marſil.ſing.458.Andr.Gail.Pract.obſeru.lib.2. obſeruat.20. num.21. ſecus igitur, ſi ille, qui ſcripſit eſſet infamis, vel alias ſuſpectus, Iaſ.in l.admonendi, num.122.ff.de iureiur. Aym. conſ.21.num.9.Marſil. ſing.488.in fin.Rim.Iun. conſ. 195.nu.80.lib. 2.& conſ. 114.nu.19 eo.lib.2.

b Cum iuramento ipſius.) Quod etiam de Iure communi requiritur, Crauett. * de Antiq.temp.1.part.ſect.4.num.47.vbi de communi, ad quem ſemper in hac materia librorum recurre, quia exactiſsime eam tractat, Ruin.conſ.54.num.10. lib.1.Maſcard.de probat.d.concl.973.nu.69.Rim.Iun.conſ.503.nu.31.lib.5.

a *De modo procedendi in damnis datis* [a]. *Cap. XLI.*

ITem, quod liceat cuicumque domino tenimentorum, herbarum, pratorum, fœni, ſegetum, ſpicarum, bladorum, leguminum, glandium, caſtanearum, lignorum, in ſyluis, ſtirparijs, aut alibi exiſtentium, vel eorum famulis, cuſtodibus, vel agen-
b tibus quibuſcumque, quoſcumque homines [b], ſeu perſonas, ac

c quæcumque animalia, damnum eis quomodolibet [c] super prædictis, vel aliquo prædictorũ inferẽtes, seu inferentia, pignorare, & pignorari facere, ac pignus, seù signum accipere, ac dicta
d animalia capere [d], remittere [e], & retinere [f], siue in totum, siue
e in partẽ, liberè, & impunè, dũmodo dictus inuentor teneatur,
f & debeat omne pignus, quod acceperit, in manibus, & Actis Notarij Curiæ effectualiter consignare infra octo dies immediate sequentes, à die captionis huiusmodi computandos: sed, si animalia remissa voluerit retinere, teneatur inuentor, seù dominus damnificati huiusmodi retentionem per Mandat. Cur. Cap. dimissis copijs infra tres dies à die clausuræ, seù remissionis dictorum animalium domino conductori, seù possessori, vel administratori, vel institori, aut gubernatori dictorum animalium notificare: ita tamen, quòd si dominus vaccarum rubearum, & bubalarum lactantium, pro prima, secunda, & tertia vice, quibus repertæ fuerint damnum dare, pignus loco illarum obtulerit inuentori, teneatur dicta animalia restituere, &, si vltra tres vices repertæ fuerint damnum dare, damnificatus valeat illas, seù illarum partem remittere, & retinere, vt supra. Et similiter, si dominus bouum, aut bubalorum, dum arant, & carrotias respectiuè ducunt, obtulerit damnificato, vel eius custodi, aut agenti, pignus tradere pro dictis bobus, aut bubalis sic arantibus, & carrozantibus rehabendis: inuentor teneatur dictum pignus recipere, & boues, ac bubalos prædictos domino, vel conductori eorumdem restituere tempore supradicto. Et, quandocumque dominus animalium remissorum in Actis Notarij Artis cauerit idonee, cum idoneo fideiussore, in forma depositi, de stando iuri, & iudicatum soluendo, super damno, pro quo animalia remissa fuerint, & pœna Statutaria persoluẽda, Consules concedant ei mandatum sigillo Artis sigillatum de dictis animalibus restituendis, cui mandato dominus damni, & eius agentes, ac cęteri, quibus mandatum fuerit, parere sub pœna in eo contenta teneantur. Et eo casu, quo fit pignoris, & animalium consignatio, tempore consignationis huiusmodi, teneatur custos, vel inuentor, medio iuramento, dictam consi-
g gnationem facere: & dicto dicti custodis, seu inuentoris, cum [g]

iura-

h iuramento ſic facto, credatur de omnibus [h], quæ depoſuerit ſuper præmiſſis, etiam parte aduerſa non citata: nec ipſe cuſtos, ſeù inuentor cum interrogatorijs partis aduerſæ damnum negantis, vel ex officio repeti debeat, ſed plenam probationem eius teſtimoniũ faciat etiam quod talis inuentor fuerit cuſtos, famulus, agens, amicus, conſanguineus, vel affinis in quocũque gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, dummodo non ſit pater, filius, vel germanus frater producentis, vel intereſſe habens

i in huiuſmodi damno [i]. Sed, ſi [K] dominus tenimenti, in quo dã-

K num fuerit illatum, dicta pignora, vel animalia capiet, & aliquem cuſtodem, vel teſtem non habuerit, quod delato ſibi iuramento ipſi etiam credatur de damno ſibi illato, & à quo vſque ad quantitatem trium ſcutorum, etiam quod illius æſtimatio per peritos fienda ſummam dictorum trium ſcutorum excederet. Et, ſi dominus, vel cuſtos non habuerit pignus, & animalia non remiſerit, ſed habuerit vnum teſtem, probantem qualitatem, & quantitatem animalium, cuius ſint, & vbi damnum dederint, tunc de prædictis credatur dicto dicti probantis teſtis parte citata examinati, etiam ſi dictus teſtis fuerit famulus, agens, amicus, conſanguineus, vel affinis, dummodo non ſit pater, filius, vel germanus frater producentis, vel intereſſe habens in dicto damno. Et in omni caſu emendationis damnorum, volens damnum paſſus ad emendationem damni procedere, teneatur, dominum, ſeù conductorem beſtiarum, perſonaliter, vel ad domum dimiſſa copia, vel aliàs ſecundùm formas ſupra traditas, citari facere vna die pro alia, ad reſpondendum querelæ, & ad eligendum, eligiq. videndum peritos, qui æſtimare debeant damnum per eius animalia in tali loco datum, nec non ſtatuendum diem, & horam inſpiciendi damni: aliàs eligi, & ſtatui ex officio: & dicta ſequenti die querelam in actis Notarij verbalem, vel in ſcriptis, ad voluntatem damnum

l paſſi, Actor ipſe facere debeat [l]: cui quærelæ dicta die damnum dans negando, vel acceptando reſpondere, & peritũ pro parte ſua eligere teneatur. Et, ſi Reus ad electionem periti deuenerit, querelæ aliter non reſpondendo, vel in contumacia perſiſtendo, peritum eligere neglexerit: non poſſit poſt viſionem

 damni

damni excipere damnum non fuisse factum per sua animalia: sed censeatur, eius animalia damnum, de quo agitur, fecisse: & tunc sic confitenti quarta pars pœnæ Statutariæ remittatur. Si verò citatus non comparuerit, vel comparuerit, & negauerit, & peritum eligere noluerit: Consules, quibuscumque exceptionibus non obstantibus, peritum pro parte recusantis eligere teneantur, quæ electio, & peritorum relatio nullo modo retardari possint, sed, quando contradicentibus partibus, electio, & & relatio huiusmodi fieri contigerint: tunc sine præiudicio iurium ambarum partium fieri debeat, & ad voluntatem damnũ passi eligatur etiam tertius peritus, partibus non suspectus, qui cum dictis duobus peritis damnum visurus accedat: qui m referre non possit, nisi in casum discordiæ [m] dictorum peritorũ, n & in casu discordiæ referat, & eius relationi [n] stetur: quæ re- o latio fiat parte citata [o]: &, si citatus neglexerit peritum suum referri facere, pronuntietur per Consules, standum esse relationi periti, qui retulerit, nisi infra duos dies fecerit referre peritum suum cum intimatione: nemini tamen liceat homines ad eius seruitia existentes eligere, nec in relatione interrogatoria dare: ad quam peritorum, & tertij electionem procedap tur etiam diebus festis, & in honorem etiam Dei feriatis [p], attento præiudicio moræ. Post quam relationem præfigatur partibus octo dierum vtilium terminus, ad probandum, & probatum habendum quidquid volunt, & possunt per omne genus probationis, præterquam instrumentorum publicorum, & apocarum priuatarum productionem: quæ quandocumque produci possint ante sententiam, & Consules, quando eis videbitur, possint dictum terminum semel tantum eorum arbitrio prorogare: quo elapso, ad testium, & processus publicationem, si petitum fuerit, procedatur: & quatuor dierum vtilium terminus ad opponendum præfigatur, à die habitæ, vel oblatæ copiæ eorumdem computandorum: quibus elapsis, ad definiq tiuam procedatur sententiam: & condemnatus [q] ad emendationem damni, intelligatur etiam condemnatus in pœnis Statutarijs, & expensis, etiam quod in sententia de pœnarum, & expensarum condemnatione expressa non fieret mentio: &

contra

contra victum ad realem, & personalem executionem, prout Actor elegerit, procedatur.

ANNOTATIONES.

a In damnis datis.] Pro quibus de iure competit Actio. Hipp. Bonacorſ. in tract. de equo, q. 256. & ſeqq. & ante eum Fab. inſt. ſi quadrup. in princip. nu. 3. & 4. Et quod competat actio legis Aquiliæ, eſt tex. in l. vlt. C. de leg. Aquil. quando ſcilicet Dominus pecora immiſiſſet, quæ depaſcerentur, quia tunc damnum iniuria datum eſt, aliòqui cum animalia non ſunt immiſſa, quia per ſe non poſſunt facere iniuriam, non competit Aquilia, igitur tunc competit vtilis de pauperie, cum autem immiſſi, datur contra me Aquilia, item de paſtu pecoris, item officium Iudicis, Specul. de iniur. & damn. dat. §. ſequitur, num. 19. & 20. Sebaſtian. de Med. in tract. de Fortuit. Caſib. q. 11. nu. 61. & 62. vbi quod directa actio legis Aquiliæ datur contra dominum vtilis, contra vſufructuarium, & poſſeſſorem, Alciat. in l. ſylua cædua, in verb. paſcua, ff. de verb. ſignificatione.

b Quoſcumque homines.] Et ſic comprehendit etiam clericos, quorum animalia dederint damnum, de quo vide Afflict. & Conſt. quæ incip. cum per partes in 2. q. Not. 6. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. § 6. col. 282. nu. 15. verſ. videtur, vbi quod de conſuetudine Burgundiæ talia Statuta comprehendunt etiam clericos, & in hoc caſu non eſt dubitandum de auctoritate, cum iſta Statuta fuerint à Papa confirmata, Rol. conſ. 86. nu. 29. lib. 1. Cephal. conſ. 601. nu. 32. lib. 4.

c Quomodolibet.] Siue ſtudioſè quis immiſerit animalia in alienum fundum, ſiue ſponte ſua irruperint, propter culpam, vel negligentiam paſtoris, Caſtr. in l. qui ſeruandarum, §. fin. ff. de Preſcript. verb. Aret. Inſt. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur, col. 2. verſ. quid ſi cuſtos, Natt conſ. 500. n. 13. lib. 3. Nullo enim modo licet depaſcere fundum alienum, cap. ſi læſerit, de iniur. & dam. dat. l. 2. C. de paſcu. publ. l. 11.

d Capere.] Idem de Iure, ſi neſciam, cuius ſint, aliàs non, Ioan. Fab. Inſtit. ſi quadrup. paup. fecis. dicatur, in fin. princip nu 5. ad fin.

e Remittere.] Quid, ſi remittendo rupit, aut prægnans eiecit? vide text. in l. Quintus Mutius, cum ſequen. ff. ad leg. Aquil. & l. ſi boues, eod. tit. Caſſan. in Conſuet. Burg. col. mihi 282. nu. 12.

f Et retinere.] Quid de Iure communi, an poſſim retinere animal damnum dans? vide Bart. in l. hoc amplius, §. de ijs, num. 3. ff. de damn infect. vbi refert * duas opiniones, & reſidet in negatiua, cum qua tranſeunt communiter Doct. vt ibi dicit Additio. Idem Bart. in l. ratis, n. 2. & ibi etiam Ange. nu. 2. ff. de Incēd. Ruin. & Naufr. gloſ. in c. ſi. læſerit, extra de iniur. & damn. dat. Veronen. tit. de ſeru. Ruſt. præd. de ſeruit. paſcend. in 6. q.

Limita, vt ſaltem poſſim retinere, donec ſciam cuius ſit animal, Specul. in tit. de Act. §. 1. nu. 59. verſ. ſed pone Inuenio, Ang. in d. l. ratis, nu. 2. Bald. in l. 2. nu. 1. in fin. verſ. & adde, C. de ſeru fugit. & in l. quintus, ff. ad leg. Aquil. Rom. in d. l. hoc amplius, §. de ijs, nu. 2. ff de damn. infect. Afflict. ſuper Conſt. peruenit, nu. 3. rub. 36. Franc. Marc. q. Delfinal. 276 lib. 2. Ex quo ſequitur, quod poſſum retinere cauſa cognitionis, ſed non in pignus, ſecundum communem, quæ

tamen

tamen non seruatur apud aliquos,, vt dicit Ioan. And. in cap. si læserit. vbi vide extra de iniur.& damn. dat.& idem quod supra tradit Cassan. in consue. Burgun.rubrica prima,§.6.vers.Intellige,colum.279.& 281.num.11. vbi de communi,quod non potest retineri, sed expelli, &, si retineatur, & pereat, periculum erit retinentis addo Capoc.decis. 45.in principio, vbi num. 4. limitat in Animalibus non assidatis,& vide Menoch.in tract.Recuper.remed.9.n. 282.Sebast.Medic.in tract.de Casib.fortuit.q.11.n.22 faciunt ea,quę ponit Natt.cons. 412.num.17. l.2. vbi,quod licet etiam hominem damnum dantem capere, & ad Iudicem ducere,de quo Bald.in l.1.num.2.C.locat.Moder.in tract.de locat. par 2. tit.de iniur.& dam.dat. num.3.& seqq.Hæc tamen limita, si tractaretur de soluenda fida, quia animalia possunt hac de causa capi,retineri, donec soluatur fida, &, si pereant, peribunt periculo domini, vt infra cap. 74. Quid autem si, cum ignorarem dominum, diu aluerim dicta animalia, an potero illa retinere Iure pignoris? Dic,quod sic, de Iure communi,l.si non.§.centum. ff. commod. Alciat.in l sylua cædua,in §.pascua, ff. de verb. signific. secus tamen est dicendum,stante hoc Statuto,mandante talia animalia in Camera consignari,vt infra in cap.49.Sed,quid, si dominus non reperiatur, an possit animal pro damno condemnare,& talis sententia valeat? Dic,quod sic, quia videtur condemnata persona,cuius est animal;ita tenet Alber.de Statut.par. 2.q.88.

g Cum Iuramento.] Hoc casu Iuramentum dicitur propriè probatio,& veniet appellatione probationis,etiam in Statutis,Viu. lib. 1.com.vers. Iuramentum non dicitur propriè probatio.Et Nota,quod,etiam si Statutum non expressisset, quod credatur cum iuramento subintelligebatur tamen. Vbicumque enim lex dicit,quòd stetur dicto damnum passi,intelligitur cum iuramento, Ang. & alij in l.si vacantia,C.de bon.vacant.libro 10.Felinus in c.significasti el primo, in fin.extra de Homicid. Marsil.sing. 214. Arnon. sing.20.Rebuff.in tract. de sequestr.art.5.glo.1.num.3.Statur autem Iuramento, nisi contrarium probetur, quod potest secundum Bal.& alios citat.per Ias.in l.3.§.Iurari sub num.6.vers. 2. lim. ff.de iureiur. Tiraq. de Retract. lignag. §.4. glos. 1. num. 1. vbi ponit * Regulam Ampliationibus, & limitationibus, Ruin. cons. 87. num. 32. de Communi,Mascard. qui latissimè in tract.de prob.concl. 471.num. 34. & 35. tom. 1. vbi quomodo possit hoc contrarium probari, Asin. in prax.Iud.§.19. cap.5.lim.9.num. 3.

h De omnibus.] Quia aliàs Statutum loquens simpliciter intelligitur, quod credatur de quantitate damni,non autem de illatione,Bart.in l.diuus Traianus, ff.de testam.milit.& in l.si quando.C.vnde vi. Mascard.d.concl.471. nu. 48. lib.1 An autem vigore huius Statuti sit etiam credendum super Incidentibus? Dic,quod sic, Bart.in l.solet.ff de Alim.& Cibar.leg.Aret. cons.84.in 3.colu. Rom.sing.258.Ias.in l.2.in vlt.col.C. de ed.diu. Adrian. toll. Cassan. in consuetud.Burg.rubr.1.§.6.col.281.nu. 10.vers.sed quia creditur,Rim. Iun. cons. 741.num.37.lib.7.Menoch.de Arbitr.Iud.q.45.num. 10.Marsil.cons. 16.num. 49.Vinc.Caroc.in Repet.c.cum quid,de Reg Iur.lib.6. lim.5.part. 2. num. 6. vide tamen Petram contrarium tenentem in sing. 23. & Caball. in Const. March.lib.4.c.23.num.6.

i In huiusmodi damno.] Et amplius,modo non sit infamis infamia facti, Rol. cons. 16. num. 21. lib. 1. Marsil.in l.maritus, num.38. ff.de quæst.Cassan. in Consuet. Burg. rub.1.§.6.col.275.num.5. vers. intellige Mascard.de probat. concl.94.num.29.lib.1.

Domi-

k Dominus tenimenti.] Quid, si non sit dominus, sed habeat solam possessionem, vide Specul in tit. de Probat. §. 1. vers. sed pone, & latiùs Cabal. in schol. ad Const. March. lib. 4. cap. 23. num. 7. An autem conductor posit querelare de damno dato? Dic, quod non, regulariter, l. si fur alias. l. Iulianus, ff. de Vsufr. Aret. in rubr. de Nou. oper. nunc. Guid. Pap. sing. 643. Lanfr. Balb. dec. 96. Nisi sua intersit, Anguissol. cons. 21. num. 5. lib. 1. Rim. sen. cons. 663. num. 7. libro quarto.

l Actor ipse facere debeat.] Quid, si damnum datum sit in re communi, an ambo diuersas querelas proponere debeant? Dic, quod sic, secundum ea, quæ ponit Bar. in l. si in re communi, ff. de Noxal. act. licèt vnum tantum damnum, & vnica pœna sit soluenda, Cassan. in Consuet Burg. rubr. 1. §. 7. col. mihi 287. num. 19.

m In casum discordiæ.] De qua discordia constare debet, vt relatio valeat, Paris. cons. 45. num. 19. 20. & 21. lib. 1.

n Et eius relationi.] factæ cum iuramento, quod non tantùm debet esse de credulitate, Bart. in procem digestorum, Ang. in l. comparationes, Not. 4. C. de fid. instr. sed etiam de veritate, vbi vera potest haberi notitia, Bald. in d. procem. digestorum, vers. sed dubitatur, Crot. in tract. de test. part. 7. num. 227. Rim. Iun. cons. 81. num. 24. libro primo, Mascardus de probat. conclusione 1169. numero 49. libro 3.

o Parte citata.] De iure relatio non requirit partis citationem, sed benè electio peritorum, & commissio Iudicis, Bart. in l. Theopompus, num. 11. cum ibi addit. in verbo Respondeo, ff. de dot. praleg. Bal. in l hac edictali, §. His illud, num. 4. C. de secund. Nupt. vbi etiam, quòd tales electi debent iurare, Alex. in l. 1. §. vlt. num. 7. ff. de Ferijs, vbi propterea dicit, etiam die feriato posse fieri talem relationem, quia non fit in forma Iudicij, nec requirit citationem, ideo ex hoc dici posset, Statutum hoc intelligi de relatione tertij tantùm, de qua proximè loquitur, vt relatio fiat ad proxima, & minus lædat Ius commune, cum in ea maxime sit maior ratio, cum posset pars citata acquiescere relationibus factis absque tertio, ad minorem impensam. Sed aliud suadent verba sequentia, & ad prædicta de citatione non necessaria, adde Gabriel. de Citat. concl. 1. limit. 55. num. 405. Bero. cons. 89. num. 30. & 31. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 653. num. 2. vbi distinguit, inter peritos electos à Iudice, vel à parte, vt in primo casu requiratur Citatio, in 2. non, ex Bart. in l. Theopompus, ff. de dot. praleg. Asin. in prax. Iud. §. 7. cap. 5. limit. 107. num. 1. Hieron. de Mont. in tract. fin. Reg. cap. 32. num. 5.

p Feriatis.] Alex. in l. 1. §. vlt. num. 7. ff. de Ferijs, Mandos. in tract. commiss. Formul. 13. q. 11. Petr. de Vrett. in prax. Notar. tt. de Beneficio, ne quis vocetur in ius die feriata, num. 6. Moderni Tudertini in tract. de Locat. & conduct. parte prima, q. 4 titulo colonorum priuilegia.

q Et condemnatus.] Condemnatus de damno dato non propterea efficitur infamis. Castr. post Bal. in l. verbum. in fi. C. ex quib. caus. Infam. irrog.

Di

De damnum dantibus in herbis recentibus hyemis, & æstatis. Cap. X L I I.

ITem, quod, si quæ animalia, tàm grossa, quàm minuta, exceptis tamen bubalis, damnum fecerint, vel dederint in herbis recentibus alicuius tenimenti districtus Vrbis à festo sancti Angeli de mense Septembris, vsque ad festum sancti Angeli de mense Maij, & herbæ dicti tenimenti sint recentes, & nō depastæ, vel pascuatæ ab animalibus domini earundem herbarum: quod, facta querela, vt supra, periti electi damnum
a huiusmodi æstimauerint[a] ascendere ad septimam partem, vel eamdem excedere illius pretij, quo dictæ herbæ venditæ fuis-
b sent in vno ex quatuor annis[b] proxime præcedentibus, tunc dominus, aut conductor animalium teneatur dictas herbas emere vsque ad festum sancti Angeli de mense Maij pro illo maiori pretio, quo venditæ fuere in vno ex dictis quatuor annis proxime præcedentibus, dummodo damnum æstimatum ad dictam septimam partem pretij maioris, quo vendita in aliquo quatuor dictorum annorum herba fuit, ascendere, vel excedere, à domino herbarum legitime probatum fuerit: & hoc, quando dominus suas herbas vendere voluerit: atque ita constrictus ad emptionem dominus, vel conductor animalium teneatur etiam à pratis falciari solitis in ipso tenimento existentibus in medio mensis Martij sua animalia à Pascuatione abstinere, &, vti mos est, herbas pro domino tenimenti reguardare. si verò herbarum dominus illas vendere voluerit, vel non probauerit damnum suis herbis factum adæquare, vel excedere septimam partem pretij totius, quo tota herba in vno ex quatuor annis dictis vendita fuit: dominus, aut conductor animalium ad simplicis tantùm æstimati damni satisfactionem teneatur: & in quocunque casu pœnas Statutarias Cameræ soluere teneatur. Animalia verò bubalina, propter eorum efferam naturam, si in dictis herbis dicto tempore damnum dederint, quod à peritis æstimaretur esse quartam partem pretij, quo herbas prædictas in aliquo ex quatuor annis proxime præcedentibus vendrtas fuisse legitime constiterit, vel dictam

quar-

quartam partem excedere: tunc dominus, aut conductor eorundem herbas prædictas vſque ad feſtum Sancti Ioannis de menſe Iunij, vel Sancti Angeli de menſe Maij, prout tenimenta vendi ſolita fuerint, emere teneatur pro illo maiori pretio, quo venditæ fuerint in aliquo ex quattuor annis prædictis, dummodo damnum æſtimatum ad quartam partem pretij aſcendere, vel eamdē excedere, quo herba in aliquo ex quattuor annis proximè præcedentibus vendi ſolita fuit, legitimè à domino herbarum probatum fuerit: & hoc, quando dominus herbarum illas vendere noluerit; in quo caſu prata falciari ſolita, vt ſupra, reſeruari debeant: & nolens dominus herbarum illas vendere, vel damnum æſtimatum quartam partem pretij totius, quo vendita herba fuit, in aliquo ex dictis quattuor annis adæquare, vel excedere, non probans, animalium dominus, vel conductor, ad ſimplicis tantùm æſtimati damni emendationem, & ad pœnarum ſatisfactionem teneatur, vt ſupra.

ANNOTATIONES:

a Aeſtimauerint.] Cuius æſtimationis congruam redderedebent rationem, nec ſufficit, ſi dicant, quòd ipſi tali pretio vendidiſſent res ſuas, Cagnol. in l. 2. num. 236. C. de reſcind. vendit. Franc. Marc. q. Delfin. 455. num. 11. & ſeq. tom. Et Not. in Materia Aeſtimationis, quod Aeſtimatores, qui morantur in locis, cenſentur magis periti, & veriſimiliora deponere, Arr. Pinell. in præfat. l. 2. num. 42. cum ſeq. C. de Reſcind. vendit. Sed verum eſt, quòd cenſentur magis informati de ipſa re æſtimanda, ſecus autem de valore, quod conſiſtit in Iudicio intellectus, Alex. & alij communiter in l. pretia rerum, * ff. ad leg. Falcid. Franc. Marc. q. Delfin. 485. num. 45. & 49. tom. Gabriel. de probat. concl. 6. num. 38. lim. 8. Burſat. conſ. 70. num. 21. 22. & ſeqq. lib. 1.

b In vno ex quattuor annis.] Secus de Iure communi, quo non ex præterita, ſed præſenti emptione fieri debet æſtimatio, Caſtr. in l. lege Flacidia, §. corpora, num. 2. ff. ad leg. Falcid. Panta. de Crem. in repet. l. 2. num. 110. & 221. C. de Reſcind. vendit. Nouiſſimè Maſcard. de probat. concl. 650. num. 6. lib. 2. Sed hoc in odium dirumpentium cum eorum animalibus prata aliorum, quo caſu licet excedere terminos iuris, ad ea, quæ in ſimili habentur in l. quinque, C. de ſer. fugit. & in l. capitalium, §. ſolent. ff. de pœn.

De modo procedendi in damnis datis in tenimentis Ciuitatum, & Castrorum districtus Vrbis. Cap. XLIII.

Item volumus, quod, cum contigerit per aliqua animalia alicuius ciuium Romanorum, vel Romæ habitantium, seù in dicto Vrbis territorio, & Vrbis, aut Romanorum ciuium Romæ habitantium casalibus, animalia pascentium, aliquod damnum in tenimentis Baronum, seù Communitatum, & quarumcumque aliarum personarum districtus Vrbis inferri: quod tunc Baro, vel eius agentes, vel ipsę Communitates, aut particulares personæ, quibus damnum illatum fuerit, non habeant maiorem potestatem remittendi animalia, quàm vt in
a præcedenti Capitulo ciuibus Romanorum concessum est [a], sed possint, & valeant dicta animalia, vel pignora arrestare, vel capere, vt supra, dummodo, quidquid acceperint, infra tempus, ac modis, & formis, vt supra in Capitulo quadragesimoprimo est expressum, in Curia Consulum effectualiter consignauerint, & in dicta Curia Consulum ad emendationem dicti damni, contra damnificantem procedere, & non in eorum Curijs, teneantur: aliòquin dicta arrestatio animalium, & captio pignorum sit nulla, & ad illorum restitutionem teneantur absque aliqua damni emendatione, ad pœnæ tamen solutionem omnino teneantur: & nihilominus prædicti inobseruantes incidant in pœnam centum scutorum, pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia Cameræ Artis applican. irremissibiliter auferendorum: quibuscumque dictorum Baronum, vel Communitatum Statutis, vel priuilegijs, & indultis, etiam à Romanis Pontificibus hactenus concessis, non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Concessum est.] Ergo sublata est eis auctoritas exigendi pœnas in eorum Curijs à talibus damnum dantibus, de qua Dec.cons.191.n.3.Brun.cons.101. Crauett.cons.313.nu.1.Rol.cons.3.nu.19.& 39.lib.2. Et meritò: quia abutebantur isti Barones facultatibus, & priuilegijs sibi concessis: vnde potuit princeps auferre illis hanc auctoritatem, vt in simili dicit Cassan. in Consuetu. Burgund.rub.1.§.5.nu.188.Foller.in pract.Censual.in vers.Nunquid clericus, nu.39.

nu.39. Plures etiam discordiæ,& inimicitiæ oriebantur inter istos Barones, & Ciues Romanos, vnde iustè auocare potuit Pontifex ad hoc tribunal tales caussas, Bald in l.fin.ff.de senten. Quid autem, si tales Barones habeant hanc iurisdictionem per viam contractus, vel priuilegij transeuntis in vim contractus, an illam possit Princeps tollere? videtur, quod non, per ea, quæ ponit Loffred. cons.83.nu.10. Iacob. Leon. inter consilia Alb Brun.116.& 127.nu.99.de qua quæst. vide latè Foller. in sua prax. censual vers. numquid clericus.

a *De pœnis damnum dantium* a. *Cap. XLIV.*

b ITem, quod, si aliquæ bestiæ grossæ b, vel minutæ, tauris, &
c bubalis vtriusque sexus exceptis, damnum dederint c in herbis recentibus, pascularijs, pratis, fœno, vel segetibus in
d herba existentibus d, aut castaneis, seù glandibus; dominus, seù conductor bestiarum huiusmodi Cameræ Artis pro pœna soluere teneatur pro qualibet bestia grossa bolonenos duos, pro quolibet porco bolonenum vnum, pro qualibet capra, seù pecude, vsque ad numerum centum caprarum, seù pecudum, bolonenum medium, ab inde supra, & vsque ad quemcumque numerum sub vno custode existentium, iulios sex in totum, pro omnibus, vice qualibet, de die; de nocte autem pœnæ huiusmodi duplicentur. Si verò bestiæ huiusmodi damnum dederint in spicis, remotis segetibus: pœnæ huiusmodi duplicentur de die, & de nocte quadruplicentur; & , si porci fuerint numero quinquaginta, vel plures: tunc dominus, & conductor eorum teneatur dictas spicas emere à domino earumdem, si eas vendere voluerit, pro tota illa æstate, pro illo maiori pretio, quo vendi solitæ fuerint in aliquo quattuor annorum tunc proximè præcedentium, si venditæ fuerint, aliàs prout constiterit esse valoris, sed, si dominus spicarum illas vendere voluerit, dominus, aut conductor porcorum huiusmodi damnum emendare teneatur iuxta æstimationem à peritis faciendam: sed, si dicti porci damnum dederint in vineis plenis, aut segetibus ad maturitatem, vel propè destructis, aut in manipulis, seù gregijs, vel barconibus, tàm in agro, quàm in arca existentibus, vel in syluis plenis: liceat damnum recipienti vnum porcum pro grege, siue tronco quolibet interfice-
e re e, & sibi ipsi applicare illum, vltra pœnas prædictas, & dãna reficienda. Aliæ verò bestiæ minutæ in cannetis, aut vineis

etiam non plenis, quandocumque damnum dederint, dominus, aut conductor earumdem soluere teneatur pro pœna iulium vnum pro singulis, pro qualibet verò bestia grossa medium scutum, & nihilominùs damnum emendare teneatur modo præmisso. Si autem homines in pratis, vel fodis, etiam vinearum, à medio mensis Martij, quousque falciatum fuerit, metendo, aut falciandò herbas, damnum dederint, seù fecerint, iulios quinque pro pœna dictæ Cameræ soluere teneantur vice qualibet pro singula salma herbarum, vel fasciculo humeris portato, & de nocte huiusmodi pœnæ duplicentur, & damnum, vt supra parti emendare teneatur. Et, si aliqua animalia in glandibus, seù castaneis ab animalibus intactis damnum dederint à medio mensis Octobris vsque, & per totum Carnispriuium: vltra pœnas prædictas, dominus, seù conductor eorumdem damnum huiusmodi domino syluæ emendare teneatur septuplum dicti damni æstimati, & pro dicto septuplo dictas glãdes, & castaneas emere teneatur vsque, & per totum dictum Carnispriuium, dummodo dominus syluæ legitimè probet dictas glandes, seù castaneas in aliquo quattuor annorum proximè præcedentium vsque ad dictum septuplum venditas fuisse: aliòquin solùm teneatur ad emendam simplicis damni æstimati: & hoc, quando dominus syluæ dictas glandes, seù castaneas vẽdere voluerit: &, si non voluerit illas vendere, dominus, seù conductor animalium ad satisfaciendum domino syluæ in simplici damno æstimato solùm teneatur: & in omnem euentum pœnas Statutarias Cameræ soluere debeat.

ANNOTATIONES.

a De pœnis damnum dantium.] De hoc Statuto imponente pœnas damnum dantibus, quod valeat, & obseruandum sit, latè ponit Natt. in cons. 600. nu. 3. & 4. lib. 3. Caball. in Const. March. lib. 4. c. 23. nu. 2. An autem valeat Statutum imponens maiorem pœnam forensibus damnum dantibus, quàm ciuibus? Dic, quod sic, Natt. cons. 366. nu. 3. lib. 2. vbi citat Ang. in tract. de Malef. in ver. de Bononia, & ratio est, quia Ciuitas non potest ita grauare forenses, sicut suos ciues, quos grauat quotidiè in muneribus tàm realibus, quàm personalibus.

b Bestiæ.] De Iure communi regulariter appellatione Bestiæ non venit animal, nisi feræ naturæ, l. 1. §. Bestias, ff. de postul. Mathes. Not. 95. cum ibi Add. de communi tamen vsu, qui in Statutis attenditur, veniunt omnia animalia etiam

dome-

domestica, & quæ sub nostra potestate sunt, Felin. in procem. Decret. nu. 3. cum seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. in principio, num. 5. cum seq. Natt. conf. 347. nu. 2. lib. 2. Mathesil. Not. 96. Et ideò Statutum puniens dimittentem Bestias sine custode, procedit etiam in dimittente pecudes sine Custode, Alber. in l. 1. §. Bestias, ff. de postul. & in tract. de Statut. q. 98. latè Natt. conf. 347. nu. 2. lib. 2. vbi etiam, an appellatione animalium veniant Anseres, & Gallinæ.

c Damnum dederint.] Quid, si viator, transeundo, depascat Iumentum suum in fundo alieno, an teneatur ad damnum? dic, quod non, c. quoniam frequenter, §. fin. de pac. ten. Rom. sing. 132. aliter 135. Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 6. col. 282. num. 15. vers. & intellige, & ita seruatur de Consuetudine, vt dicit Veronen. de seruit. Rust. præd. cap. 10. de Mess. & vindem. Couar. pract. qq. c. 34. nu. 5. vers. octauo probatur. An autem teneatur Dominus, quando eius animal deperditum damnum dedit? dic, quod non, nisi fuerit in culpa, quod deperderetur, mittendo illum sine custode, Alber. in tract. de Stat. q. 76. facit in simili, quod Dominus non tenetur soluere Gabellam pro animalibus, quæ aufugiendo ingressa sunt Ciuitatem, in qua pro animalibus transeuntibus soluenda est Gabella, Castr. in l. fin. §. serui, ff. de public. Marsil. in l. in criminibus, §. præterea, num. 17. ff. de Quæst.

d Vel segetibus in herba existentib.] Qualiter autem sit æstimandum damnum datum in segetibus existentibus in herba? Reperio tres opiniones. Prima, quod sit æstimandum non secus, ac si in prato datum esset, Bal. conf. 181. col. 2. lib. 1. Aym. conf. 40. num. 10. Menoch. in tract. de Arbitr. cas. 149. num. 21. quæ opinio satis iniqua videtur. Secunda fuit Specul. in tit. de Iniur. & damn. dat. §. 2. num. 21. & ibi Io. Andr. in Addit. quod æstimatio sit facienda pro frumento verisimiliter colligendo, & percipiendo tempore messium. Tertia opinio, quod damnum debeat æstimari secundum tempus, quo fuit datum, hoc est secundum quod valebit tunc temporis frumentum, habita tamen consideratione dubij euentus perceptionis, & recollectionis, & hanc secuti plures Doct. Iacob. de Are. in l. certe, ff. arbor. furt. Cæsar. Florian. de S. Petro, in l. ex hac lege, ff. si quadrup. paup. fecis. dicatur. Afflict. super Const peruenit rubr. 36. num. 5. lib. 3. Alber. de Stat. q. 78. c. in d. l. certe, ff. arbor. furt. Cæsar. Cassan. in Cõsuet. Burg. rubr. 1. §. 6. col. 280. & hæc opinio semper mihi visa fuit æquior, secundum quam reperio fuisse iudicatum in Regia audientia Apuliæ, per Franc. Viu. vt ipse testatur decis. Neap. 280. num. 4. lib. 2. vbi num. 6. aduertit ter faciendam esse æstimationem talis damni, primo in herba ad recognoscendam quantitatem fundi, qui damnificatus est; secundo ante tempus messium, vt sciatur, an renatum sit illud frumentum in totum, vel in parte, vel nullo modo. Tertio, tempore messium, & sic expectato fructuum perceptionis euentu. Et hoc etiam obseruatur in Consulatu Agriculturæ. Sed, quid, si plures æstimatores sint electi, & alius 20. alius 30. & alius aliter æstimauerit? dic, quod hoc casu sunt omnes hæ summæ per Iudicem coaceruandæ, & per eum æstimari in tertia parte totius summæ. ita Gerard. sing. 25. Cassan. in Consuet. Burg. rubr. prima, §. sexto, sub gloss. Intellige, numero quinto colum. 280.

e Interficere.] Idem habetur lib. 5. Statut. Vrb. cap. 69. de occidentibus animalia, & vigent in pluribus locis similia Statuta, & occurrit mihi in facto in terra Carpineti, quæ est illustrissimorum DD. de Comitibus, quorum liberalitate, & munificentia primum ibi Gubernatoris officium exercui de anno 1589.

vbi

vbi non tantùm Statutum mandat occidi porcos damnum dantes, sed etiam quartam partem interfectorum dari Gubernatoribus pro tempore illius loci, prout plures partes ob infinita damna, quæ ibi perpetrantur, mihi consignatæ fuerunt.

De damnis datis in lignis. Cap. XLV.

a ITem, quòd nullus audeat, nec præsumat incidere, vel aliter frangere ligna, & fascinas facere in syluis, stirparijs [a], vel pantanis, aut alijs locis alicuius, sine licentia domini lignorum. Si quis autem contra fecerit, soluat Cameræ Artis iulios quinque pro qualibet salma lignorum, & damnum parti emendet, iuxta æstimationem peritorum fiendam, vt supra.

ANNOTATIONES.

a In syluis stirparijs.) Idest in syluis iam incisis iterum germinantibus, quia stirpes sunt ferulæ, seù virgulta, quæ de radicibus nascuntur, & dicuntur germina, l. diuortio, §. puto, ff. solut. matrim. Alciat. in l. sylua cædua, ff. de verb. signifi. in verb. stirpibus. Et de istis syluis cæduis plura scribit Boer. decis. 51. num. 9. Arnulf. Duze. in tract. de iure Regal. q. 56. ad fin. vers. 4. Et quòd possint incidi per conductorem, vel custodem pro necessarijs, Siluan. cons. 76. numero 4. & seq. vbi dicit, communem opinionem, de quo latè Tiraq. in tract. de Retract. conuent. §. 3. glos. 1. num. 25. & latius scripsi infra cap. 71.

a *De animalibus datis in soccitam damnum [a] dantibus. Cap. XLVI.*

ITem, quod, si animalia, quæ aliquis habuerit in soccitam, damnum alicui dederint, seù fecerint: socius, qui dictam soccitam penès se retinuerit, pœnam Cameræ, & damnum parti b de suo proprio [b] emendare teneatur.

ANNOTATIONES.

a Datis in soccitam.] An in animalibus datis in soccitam censeatur translatũ dominium, & quomodo, vide Nouiss. Franc. Viu. decisione Neapolit. 142. per totam. Et, an animalia in soccitam data computentur inter bona mobilia, vel immobilia, vide Cassan. in Consuetud. Burgund. rub. 4. §. 3. col. 536. nu. 18.

b De suo proprio.] Quod etiam est de Iure communi, quando culpa sua damnum datum est, vt not. in l. cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro soc. Doct. C. de pact. Corn. cons. 108. per totũ lib. 1. Petr. de Vbald. in tract. de duobus Fratr.

8.part.principali,q.1.Moder.in tract.de societ.offic.cap.22.num.6. & habetur infra c.86.vbi scripsi.

De tauris non domitis damnum dantibus. Cap. XLVII.

ITem,quod,si aliqui tauri,tàm rubei,quàm albi, & bubalini, indomiti, damnum alicui dederint,teneatur damnum passus dominos, vel conductores taurorum, personaliter, vel ad domum copia dimissa, semel citari facere, ad declarandum, an velint teneri ad emendationē damnorū datorū,& damnorū per eorum tauros in herbis, segetibus, vineis, aut cannetis, sub comminatione, quòd,nisi declarauerint,tauri damnum dantes, pro noxa dabuntur [a], & licentia eos interficiendi concedetur: & non declarando, Consules teneantur dictos tauros declarare pro noxis haberi, & licentiam concedere damnum passo illos impune interficiendi [b], nisi ad primam, cum intimatione, etiam quòd dies ipsa prima iuridica non fuerit, eorumque carnes, & coria [c] in proprium vsum conuertere, quibuscumque non obstantibus; quòd si prædicti tauri, vel alia animalia vaccina, & bubalina efferatæ naturæ, quæ non paterentur aliquē eis adhærere, ita, vt posset cognosci, an sint mercata, & quo merco signata [d], damnum alicui fecerint, damnum passus volens de huiusmodi damno à talibus illato querelam facere, teneatur priùs facere omnem possibilem diligētiam dicta animalia cognoscendi: &, hoc facto, & domino animalium non reperto, in Actis Notarij Artis querelam facere, & dictam diligentiam fecisse iurare teneatur: cuius iuramento stetur, & tūc Camerario Cameræ Vrbis, & omnibus interesse putantibus ad valuas Consulatus affixa, & dimissa copia intimetur, qualiter in tali loco sunt talia animalia, & exprimatur genus,numerus, & pilamen animalium: & citentur tribus diebus continuis ad declarandum, vt supra: &, facta huiusmodi relatione, dētur animalia pro noxa, & concedatur licentia impunè ea interficiendi: quorum carnes, & coria applicentur, vt supra.

AN-

ANNOTATIONES.

a Pro noxa dabuntur.] Quod est etiam de Iure communi, cap. si bos, & cap. si læserit, vbi Abb. extra de iniur. & damn. dat.

b Impunè interficiendi.] Non ergò licet sine licentia alienum animal occidere, vel fugando perdere, vel præcipitare, Cæpoll. de seruit. Rust. præd. c. 9. tit. de seru. Iuris pascendi, nu. 30. valet tamen Statutum, permittens hanc licentiam occidendi, vt est Statutum Bononiæ, de quo Marsil. sing. 225, & præsupponit Salicet. in l. Gracchus, col. 4. vers. ex prædictis habes, C. de Adult. quem refert Dec. cons. 199. sub nu. 4.

c Coria.] Quid, si quis, non obtenta licentia, taurum interfecerit, an possit cogere damnificatum, vt ad computum refectionis damni accipiat carnem, & corium? dic, quod non, & hoc in odium delinquentis, c. 2. extra de iniur. & damn. dat. Alber. in tract. de Stat. q. 79.

d Et quo merco signata.] Quia ex merchis recognoscitur de facili animal cuius sit, vt per Bart. in l. stigmata, C. de Fabr. l. 11. Cassan. in Consuet. Burg. §. 2. col. mihi 97. in fine, & scripsi supra c. 85.

Quod non liceat alibi capere animalia damnum dantia, vel pignora, quàm in loco damni. Cap. XLVIII.

a Item, quod nullus audeat a, vel præsumat extra locum b ad
b eum pertinentem aliqua animalia capere, vel arrestare, aut pignorare ratione damni, quod prætenderet ab eis quomodolibet recepisse. Si quis autem contrafecerit, pœnam xxv. scutorum Cameræ Artis soluere teneatur, & damnum, quod propte-
c rea pars aduersa passa fuerit, illi resarcire c.

ANNOTATIONES.

a Audeat, vel præsumat.] Quæ verba videntur exigere dolum, Card. in clement. prima, q. 39. de priuileg. Felin. in cap. quoniam contra, nu. 11. extra de probat. Dec. cons. 37. num. 3. Marsil. in l. in lege cornelia, §. fin. num. 2. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in sing. 287. tetigi tibi.

b Extra locum.] Quid, si capere voluit in loco, sed fugientem prosecutus est etiam extra locum, & ibi cepit pignus? videtur rectè captum, argumento, eorum, quæ refert Alex. cons. 24. nu. 30. & 31. lib. 2. Item licèt incontinenti extra locum capere de Iure cōmuni, argumento eorum, quę ponit Salicet. in l. Graccus, C. de Adult. quem refert, & sequitur Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 6. col. 282. nu. 15. vbi subdit, quòd, stante Statuto, quòd animal possit occidi in fundo, poterit etiam occidi extra, dummodo in continenti. Quod not. ad Statutum Bononiæ, de quo Marsil. sing. 225. facit Bart. in l. quod ait lex, §. quod

ait,

ait, ff. de Adult. Ang. in l nemo carcerem, in pen. col. vers. item iuxta prædicta, C. de exact. tribut. Marsil. in pract. §. vlterius, n. 3. Nouissimè Add. ad Bertazzol. cons. crim. 117. lib. I.

c Resarcire.] Actione legis Aquiliæ, l. quemadmodum, §. magistratus, ff. ad leg. Aquil. de pecoribus, C. eod.

De non consignantibus pignora, vel animalia in Camera. Cap. XLIX.

ITem, quòd nullus audeat, vel præsumat animalia damnum dantia arrestata, vel pignora pro damnis datis capta vltra tempus XL. permissum retinere, sed, quidquid acceperit, infra dictum tempus in Camera effectualiter consignare teneatur. Si quis autem contrafecerit, ad restitutionem quidquid acceperit, ac ad damnorum, & interesse passorum refectionem parti aduersæ teneatur, & actionem super damno sibi illato omnino amittat, quibuscumque non obstantibus.

a

De reauferentibus animalia remissa[a]*, siue pignora capta.* Cap. L.

ITem, quòd nullus audeat, vel præsumat animalia, quæ fuerint reperta damnum dare, quæ capta, arrestata, vel remissa fuerint, aut, dum ducuntur à capiente ad aliquem locum, vel postquam fuerint sub custodia capientis, aliquam eorum partem aliquo modo reauferre, nec reauferri facere per se, vel alium, seù alios eius nomine publicè, vel occultè, etiam sub prætextu consignationis alterius pignoris, vel cuiusuis promissionis, sine expressa licentia DD. Consulum dictæ Artis, sigillo eorumdem solito sigillata, & subscripta manu Notarij dictorum Consulum, sub pœna viginti scutorum Cameræ Artis applicandorum: quam pœnam dictæ Cameræ, & duplum damnum æstimati parti damnum passæ soluere teneatur. Et similiter, si abstulerint pignora, quæcumque sint, vel petentibus dare pignora recusauerint, aut armis vim intulerint[b], aut se defendent, in eamdem incidant pœnam, & damnum

b

duplicatum parti satisfaciant; contra quos Consules ad partis petentis instantiam per inquisitionem præcedentibus indicijs ad capturam, & torturam procedere debeant, &, qui pœnam huiusmodi soluendo non fuerint, luant in corpore hanc pœnam, videlicet manibus post terga reuinctis ad columnam Consulatus ligentur vsque ad finem audientiæ, causa inscripta, pro prima vice, pro secunda fustigentur per Vrbem, pro tertia vice dentur in manibus Senatoris, & puniantur iuxta dispositionem iuris, tamquam publici inuasores rerum alienarum.

ANNOTATIONES.

a De reauferentibus.] de quo vide latissimè Afflict. super Const peruenit, nu. 6. rubr. 36. lib. 3. vbi etiam, quid de domino reauferente Bestias è loco, in quo per Baiulum fuerant inclusæ, an possit puniri pœna furti, & concludit quòd non, nisi animalia essent tacitè obligata pro damno, vt ibi per eum, vel dominus animalium esset suspectus de fuga, licèt de hoc secundo casu dubitandum relinquat.

b Aut armis vim intulerint.] Quo casu licitè possunt per custodem, vel alium occidi, l. itaque, ff. ad leg. Aquil. l. furem, ff. de Sicar. Bal. in l. 1. num. 2. C. locat. vbi tamen intelligit, quando damnum esset magnum, vel enorme, de quo latè Moder. Tudertini in tract. de locat. & conduct. part. 2. tit. de iniur. & dam. dat. num. 8. An autem sit credendum custodi, referenti vim sibi illatam, & pignus ereptum? videtur, quòd sic, quia Statutum hoc supra cap. 41. vult credi de omnibus, ergo etiam de incidentibus, & emergentibus, Roman. singul. 258. Cassan. in Consuetudin. Burgun. rubr. 1. §. 6. col. 281. nu. 10. vers. sed quia creditur, Menoch. qui ita declarat Statutum Papiæ de Arbitr. iud q. 45. num. 10. Contrarium puto verius, quia, si non creditur nuntijs, & bitruarijs, habentibus publicũ officiũ, & ad hoc specialiter iuratis super resistentia, & ereptione pignorum, Alc. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsump. 15. nu. 7. Mill. in pract. crim. persequen. fol. mihi 50. num. 31. & 32. Menoch. de Arbitr. Cas. 112. num. 15. cum alijs latè adductis per eruditissimum virum D. Prosperum Farinacium in suis qq. Crim. tt. de Carcerib. & Carcerat. q. 32. num. 80. cum seqq. tom. 1. quanto minus est credendum hisce custodibus à priuatis constitutis, & quorum personæ non sunt approbatæ. Nec obstat, quod Statutum videatur illas approbare, mandando adhiberi fidem cum iuramento; quia intelligendum est quoad damna tantùm, & quæstiones circa illa ciuiliter emergentes, non autem criminaliter, vt per Doct. ex aduerso citatos. Hinc in Constitutionibus Marchiæ, l. 4 c. 49. cauetur expressè, quòd etiam talibus nuntijs standum sit de impedimentis sibi factis, aliàs hoc nunquam intelligeretur concessum, nisi fuisset expressum. Benè tamen crederem, dictum talis custodis iunctum aliquo alio teste, vel adminiculo vehementi, se-

miple-

miplenam probationem facere, & sic indicium ad torturam, cum plerumque ista delicta sint difficilis probationis, & ideò Iudex pronior possit esse ad torturam, Bart. in l. 3. C. de Episcop. Aud. decis. Pedem. 79. n. 10. Viu. cum ibi citat. dec. Neap. 157. nu. 5. de quo vide Mascard. concl. 1115. num. 7. lib. 2. Menoch. d. cas. 112. num. 14.

De emendatione damnorum. Cap. L I.

ITem, quod repertus vbicumque damnum dare cum vno genere animalium, teneatur totum damnum datum emendare, quod in tali tenimento per genus animalium prædictorum datum fuerit, licèt probauerit alia animalia eiusdem generis etiam maiorem partem damni, in quo eius animalia damnum dare reperta fuerint, dedisse. Et, si domino, cuius fuerint alia animalia eiusdem generis, legitimè citato, probauerit dominus dictorum animalium vltimo loco repertorum, animalia ipsius citati damnum in loco dedisse, teneatur dominus animalium, qui ante damnum dederit, ipsi reperto damnum dare ratam partem damni emendare absque aliqua alia tela iudiciaria. Et, si plures conuicini, vel in vno tenimento affidati, etiam cum diuersis animalibus damnum dederint in aliquo tenimento, cuius æstimatio separari non possit, domino tenimenti ad emendationem teneantur [a] in solidum, & inter eos fiat diuisio per capita, & quantitatem animalium.

ANNOTATIONES.

a Teneantur insolidum.] Ad hoc facit l. item mela, §. sed si plures. ff. ad leg. Aquil. vbi vide Florian. num. 1. & l. si plures, ff. Arbor. furt. Cæsar. Secus, si damnum, & æstimatio separari possit, quia quilibet tenetur de facto suo tantùm, d. §. si plures, & §. seq, & l. ita vulneratus, §. fin. ff. eo.

De mercede peritorum [a]. L I I.

ITem, quòd quilibet peritus pro sua mercede videndi damna, etiamsi plura damna, in eodemq. casali videri contigerit, vltra iulios quinque, & equum, ac expensas, donec steterit extra Vrbem, pro qualibet die petere non possit. Et tertio perito electo, si damnum viderit, & non

retulerit, qui illum conduxerit, soluere teneatur: sed, si retulerit, succumbens soluere debeat ad rationem prædictam.

ANNOTATIONES.

a De mercede Peritorum.) Faciunt ad hoc, quæ scripsi infra capit. 67.

a *De custodibus Tenutarum.* *Cap. LIII.*

Item, quòd custodes tenutarum teneantur, & debeant tenimenta, quæ custodierint, benè, & diligenter custodire, & de rebus, aut fructibus eiusdem tenutæ nihil furari, vel alicui vendere, aut furari, aut vendi permittere, & à damnum dan-
b tibus animalia, siue pignora capere b, illaque domino suo infra sex dies, si pignora fuerint, si verò animalia, infra duos dies, à die capturæ huiusmodi computandos, effectualiter consignare: &, si contrafecerint, vel sine licentia domini eorundem, vel mandato DD. Consulum illa restituerint, vel pecunias à damnum dante receperint, aut duobus dominis duo tenimenta custodiendo vno, & eodem tempore seruiuerint, prima vice fustigentur per plateam Capitolinam, secunda vice tradantur in manibus Senatoris, qui illos punire debeat vt fures, & truffatores: & vltra pœnas prædictas teneantur damnum, quod in tenimento datum esse repertum fuerit, per duos peritos æstimandum, suo domino reficere: Prouiso etiam, quòd prædicti Custodes, licèt tenimenta Ciuitatum, vel Castrorum, aut aliorum locorum, in districtu tamen Vrbis exi-
c stentium, custodierint, non recipiant, nec eis recipere liceat c quidquam ex causa remissorum animalium ob damnum datum, nec ab Herbarolis, & Ramoracciarijs, ac legentibus fungos, & contra facientes prima vice soluere teneantur Cameræ Artis pro pœna scutum vnum, secunda autem vice ad Columnam Consulatus manibus post terga reuinctis toto tempore audientiæ, causa inscripta, vinciantur, tertia vice fustigentur per plateam: & contra prænominatos procedatur per inquisitionem etiam ad rigorosum examen, præcedentibus indicijs, & custodibus non seruientibus, promisso tempore satisfiant de

salario

ſalario per duos menſes de tribus menſibus deſeruitis, quibuſcumque non obſtantibus.

ANNOTATIONES.

a De Cuſtodibus tenutarum.] De quibus vide apud Specul.in tit.de Actor.§.1. in fin.Bald.in l.1.nu.2.C.locat.aliquid ponit Natt.in conſ.550.nu.12.lib.3. Et Nota hìc, quòd iſtos cuſtodes in ſuis tenutis quilibet conſtituere poteſt vigore huius Statuti, de Iure autem communi deputare iſtos Cuſtodes ſpectat ad ſuperiorem, merum, & mixtum Imperium habentem, Bart.in l.diuus Adrianus.q.1. ff.de Cuſtod.& exhiben.reo, Natt.conſ.550.nu.7.& 8.lib.3.Cuſtodum enim appoſitio denotat dominium Iuriſdictionis. & ſuperioritatis, idem Natt. conſ. 672.nu.10.lib.4.Maſcard de Probat.concluſ.402.n.3.lib.1. Bertazzol.conſ.1. num.45.

b Pignora capere.] Quod de Iure communi facere non poſſunt, niſi ſit ipſis ſpecialiter commiſſum, Bald.in l.1.nu.2.C.locat.

c Nec eis recipere liceat.] Similis eſt Conſtitutio in Regno, quæ incip.Cum per partes, ſuper qua latè Afflict. videndus lib.3. rub.37. & in ſpecie, num.18. vbi plura ad materiam.

a *Quod à ſententia Conſulum non liceat appellare*[a], *&*
de electione Reuiſorum, & eorum officio.
Cap. L I V.

ITem, quod nulla perſona, cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut condicionis exiſtat, audeat, vel præſumat à pronunciatione interlocutoria ſententia definitiua, aut alio quouis grauamine in dicta Curia per dictos Conſules, vel Aſſeſſorem, aut Camerarium, ſeù Notarium dictæ Artis quomodolibet inferendo, ſeù apodixa, per eos, vel eorum aliquem concedenda, ſeù mandato executiuo relaxando, modo aliquo appellare, ſeù de nullitate dicere[b] aut aliter prouocare à præmiſſis in Curia Iudicis appellationum, & nullitatum, ac Capitanei Romani populi, vel quacumque alia Curia, ſub pœna amiſſionis iurium in re, & ad rem. Sed, ſi quis à ſententia definitiua Conſulum, ſeù vim definitiuæ habente, vel à grauamine aliquo per definitiuam ſententiam irreparabili, ſe grauatum ſentiret, ab ea aliter appellare non valeat, ſed infra octo dies immediatè ſequentes petere tantùm poſſit, quod talis ſententia definitiua, ſeù vim definitiuæ habens, aut grauamen, vt præmittitur, per definitiuam

-uam irreparabile, reuideatur per duos probos viros de Arte huiusmodi: quos in tali casu, si petitum fuerit, Consules ad hoc requisiti teneantur ad partis petentis instantiam eligere, & deputare, dictis tamen partibus non suspectos: & petens illos eligi, teneatur infra octo alios dies dictos Reuisores acce-
c ptari facere. Qui Reuisores sic electi debeant infra dies [c] triginta, à die acceptationis vltimi Reuisoris prædictæ, immediatè sequentes, ex eisdem tamen actis, quæ fuerint in prima
d instantia actitata, confirmare, vel infirmare [d]. Et, si contigerit dictam sententiam in totum, vel in partem reuocare, tunc ab eo, quod fuerit discrepans à sententia Consulum, infra octo
e dies [e] immediatè sequentes peti possit Reuisio: & in tali casu Consules ad partis petentis instantiam duos alios Reuisores, etiam partibus non suspectos, eligere teneantur. Et similiter teneatur petens eligi illos, infra dictos alios octo dies acceptari facere: qui sic electi teneantur dictam sententiam infra dictos triginta dies immediatè sequentes, à die acceptationis, vt supra, computandos, vnam vel aliam sententiam infirmare, vel confirmare: ita, quod à duabus conformibus nulla detur reuisio; &, si agens in causa reuisionis, infra octo dies à die prolatæ sententiæ non petierit Reuisores eligi; &, si petierit, & eligi obtinuerit, vel dictos Reuisores infra dictos alios octo dies acceptari facere non curauerit, ita, & taliter cum effectu, quod realiter acceptent, vel quòd Reuisores infra dictos triginta dies ad caussam expediẽdam datos, caussam huiusmodi non terminauerint, quod in quocumque dictorum casuum sententia, quæ non fuerit per Reuisores confirmata, vel infirmata, aut sit sententia Consulum, aut sit sententia Reuisorum, firma remaneat, & faciat rem iudicatam: & contra eam nec
f agendo, nec excipiendo dici [f] possit de nullitate, etiam quod de illa constaret ex eisdem actis, præterquam ex defectu citatio-
g nis, & mandati [g]: pro cuius rei iudicatæ declaratione nulla alia requiratur interlocutoria, seù declaratio, sed vnica citatione præcedente, per Consules ad vlteriorem executionem, iuxta naturam caussæ, perinde, ac si reuisio petita non fuisset,
h procedatur. Et quilibet reuisor [h] possit in caussa procedere so-

ſus; vſque ad ſententiam excluſiuè; &, quando eis videbitur, vel à partibus petitum fuerit, in decidendo vti poſſint Aſſeſſore: qui quidem Reuiſores ſi primam ſententiam viderint nullam, aut nullitatis vitio laborare, poſſint pronuntiare, ſuper vacuo appellatum: quia ſententia eſt nulla, & eodem contextu negotium reaſſumendo ſuper principali negotio, iudicare, abſoluendo, vel condemnando, prout eiſdem de iure eſſe videbitur. Reuiſores tamen in cauſa damnorum datorum infra dictos triginta dies poſſint pronuntiationem, ſeù ſententiam definitiuam, aut decretum mandati, ex eiſdem tamen actis, quæ fuerint in prima inſtantia actitata, reuidere, reducere, modificare, retractare, aut reuocare, ſeù confirmare, prout eis videbitur: & id, quod per eos in huiuſmodi cauſis damnorum datorum tantum deciſum, factum, ordinatum, declaratum, vel pronuntiatum fuerit, ſiue cum ſententia Conſulum concordauerit, ſiue non concordauerit, perinde valeat, ac ſi eſſent duæ ſententiæ conformes: & contra eam ſic reductam, modificatã, retractatam, vel confirmatam, aut reuocatam, nulla detur prouocatio, vel reuiſio; Et, ſi infra dictos triginta dies, ad cauſſam expediendam datos, in huiuſmodi cauſſis damnorum datorum Reuiſores cauſſam non terminauerint, ſimiliter ſententia Conſulum firma remaneat, & faciat rem iudicatam, vt ſupra, quibuſcumque non obſtantibus. Si quis autem examinare [i], vel noua iura producere voluerit, primo ſolutis effectualiter ſorte principali [K], & expenſis, de nouo audiatur.

ANNOTATIONES.

a Non liceat appellare.] Poteſt Statutum prohibere appellationem in certis caſibus, c. paſtoralis extra de Appell. c. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de off. deleg. Pariſ. conſ. 46. num. 6. lib. 1. latè Couar. vbi, quando, & in quibus caſibus, Pract. qq. cap. 23 num. 6. ſtrictè tamen eſt ſemper intelligendum, Franc. in c. interpoſita, §. ille denique, num. 8. extra de Appell. Rim. Iun. conſ. 451. nu 67. lib. 4. vbi, quod non cenſetur prohibere appellationem dolo iudicis prouenientem, & ſcripſi latè ſupra cap. 25. in fin.

b Seù de nullitate dicere.] Etiam fortè ex capite iuriſdictionis, vt de Statuto Romano dicit Puteus deciſ. 20. de Conſt. & Achill. 8. eod. tit.

c Infra triginta dies.] Ideſt menſem, vt in ſimili dicit glo. in l. vlt. §. 1. in verbo, ſexa-

ſexaginta, C. de iur. delib. vbi ſexaginta dies exponit, ideſt duos menſes, & eam gloſ. probat Bal. relatus per Dec. in l. vbi lex, ſub num. 2. ff de Reg. Iur. Vnde naſcitur dubitatio, quid, ſi trigeſima prima die quis vigore commiſsionis obtinuerit terminum prorogari, vt aliàs de facto contigit, an talis prorogatio poſsit ſuſtineri; & videtur poſſe ex æquitate, d. l. vbi lex. ff. de Reg. Iur. vbi præfixo termino menſis admittitur quis in trigeſima prima die, ergo idem in caſu iſto, quo triginta dies menſem important, vt ſupra, & pro tali æquitate facit deciſ. Simonet. 4 de Appell. quam refert Lancellott. de Attent. 2. part. cap. 12. in præfat. num. 72. & dec. Rotæ relata per Luc. Pæt. in ſua prax. cap. 54. de execut. rei Iud. Peregr. lib. 2. dec. 1. & lib. 3. dec. 1. Quibus non obſtantibus, contrarium credo, quia talis prorogatio facta eſt à Iudice non habente amplius iuriſdictionem, l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. cum ibi not. Nec obſtat æquitas, quia haberet locum in caſu, in quo præfixus eſſet terminus menſis, de quo dubitari poteſt, an ſit triginta, vel triginta vnius dierum.

d Confirmare, vel infirmare.] Parte inſtante, Aret conſ. 133. Statuto Ciuitatis Caſtelli, Iaſ. in l. vniuerſa, colum. 2. verſ. 7. facit, C. de precib. imp. off. Ruin. conſilio 91. numero 16 libro 2. Iaſ. conſil. 191. numero 2. lib. 2. cum alijs per Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 498. num. 54. & ſeq.

e Infra octo.] Quid, ſi fuerit electus reuiſor, & acceptauerit infra octo, & poſtea mortuus ſit, an alius in eius locum ſuffectus debeat infra octo acceptare, & non acceptando ſententia Conſulum tranſeat in iudicatum? Hæc quæſtio accidit in facto: & pro negatiua fuit dictum, quod iſta diſpoſitio eſſet intelligenda de primo actu, ſecundum Reg. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. cum allegatis per Bero. conſ. 19. num. 1. lib. 3. Contrarium tamen eſt verius, quia Statutum non verificatur in primo actu, ſed toties quoties opus fuerit, Bal. in l. vnica, nu. 4. verſ. dic contra, C. de ijs quæ pœn. nom. Socin. conſ. 117. num. 9. & ſeq. lib. 1. & 291. num. 6 lib. 2. latè cum ibi citatis, Tiraq. in d. §. hoc ſermone lim. 9.

f Nec excipiendo.) Vide ad hoc Statutum, Anchar. conſ. 211. incip. de Iure communi. An autem cenſeatur excludere nullitatem prouenientem ex non obſeruantia eiuſdem Statuti, vide Barſ. in l. prima, §. parui, numero 3, ff. quod vi aut clam. Bald. in ſ. prima, C. de Condit. indeb. Alex. conſil. 77. num. 19. lib. 3. Ruin. conſ 98 num. 7 lib. 2.

g Et mandati.) Sed tamen peti poterit Reſtitutio, ad trad. per Iaſ. in l. poſtquam liti, nu. 17. & ſeq. C. de pact. Contard. in l. 1. C. de Moment. poſſeſſ. Lim. 8. num. 4. & num. 15. Socin. ab eo citatus, conſ. 296. num 4. & ſeqq. lib. 2. Alex. in l. arbitrio, nu 11. ff. qui ſatiſd. cog vbi limit. cum alijs citatis per Dec. in d. l. poſtquam liti, ſub num. 31. Rom. de communi conſ. 90. num. 3. Odd. de Reſt. in integr. q 15. nu. 32. & 35. vbi de com. Franc. Cald. ad l. ſi curatorem verbo implor in integr. reſtitutionem, C. de in integr. Reſt. nu. 46. vbi infinitos congerit, & in verbo per quod priſtinum ius recuperant, num. 51.

h Et quilibet Reuiſorum.) Accidit caſus, quod in Commiſsione dante reuiſoribus facultatem prorogandi inſtantiam, dicebatur, quod ambo reuiſores prorogent, & addita verba in Commiſsione (vel alter eorum) reperiuntur deleta à Præfecto Signaturæ: An vnus hoc caſu reuiſor poſsit prorogare inſtantiam, vel ab vno prorogata valeat: & aliàs dicebatur non valere, & inſtantiam peremptam, & prorogationem nullam, vt pote factam cõtra formam commiſsionis, &

ma-

maxime, quòd illa verba, vel alter eorum, erant deleta. & sic apertè denegata, quia deletio arguit denegationem, per ea, quæ ponit Honded. conſ. 94. num. 95. Ex aduerſo autem dicebatur, ſtylum eſſe ex Statuto, vt vnus poſsit procedere ad ſententiam excluſiuè, vt hic, vnde illa verba, vel alter eorum, fuiſſe tamquam ſuperfluè deleta, non quia denegaretur hoc, ſed quia ſubintelligebatur tamquam relictum diſpoſitioni Iuris communis, vel Statutariæ. Sed replicari poteſt ex prædictis, quòd ſi non fuiſſent expreſſa, vtique cenſerentur relicta diſpoſitioni Iuris communis, vel Statutariæ, ſed, quia ſunt deleta, dicuntur potius denegata, quàm relicta diſpoſitioni Iuris communis, vt per Felin. in c. non ne, in primo ſub num. 1. extra de præſumpt. & de clauſula in ſupplicatione cancellata, vide Gomeſ. in Reg. de non toll. q. 1. fol. mihi 32. b. in fin.

i Si quis autem examinare.) Hoc concedit Statutum, quando lapſa eſt inſtantia ex defectu Reuiſorum: quid autem, ſi ex culpa ipſius condemnati, qui non appellauit, nec reuiſionem petijt, lapſa eſt inſtantia? puto, aliud dicendum, ad hoc, vt Statutum, quanto minus corrigat Ius commune. Aym conſ. 197. nu 6.

k Effectualiter.) Non ergo ſufficit deponere vnum iulium, idem, ſi dixiſſet ſimpliciter, refectis expenſis, Peregr. 2. 229. Put. 1. 119. in fin. Verall deciſ. 150. nu. 4. part. 1. de quo latè ſcripſi ſupra capitulo 24.

l Sorte principali, & expenſis.) Aduertendum eſt hic, quòd in alijs Codicibus iam impreſsis non habetur hoc verbum Sorte, ſed tantùm legitur Solutis principali expenſis. Vnde factum eſt, vt procuratores cauillare cœperint, & reficiendo impenſas, lites, & has controuerſias ſummariè definiendas, in infinitum protelauerint, & etiam hodie protelarent, niſi viſo originali exiſtente apud Notarium artis, & ſubſcripto per Nob. viros Gregorium Serlupium, Lentulum de Lentulis, Cæſarem Mutum, & Euangeliſtam Fabium tunc Conſules d. Artis ita legendum eſſe fuiſſet animaduerſum, prout ego vidi, & animaduerti.

De ſententijs exequendis. *Cap. LV.*

ITem, quod Conſules dictæ Artis, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant, ad partium hoc petentium inſtantiam, executioni mandare ſententias [a] latas in Curia dictæ Artis [b] contra condemnatos, mandando [c] eis, [d] quod infra octo dies continuos immediatè ſequentes debeant ea facere, quæ in ſententia continentur: quibus elapſis, ſi condemnatus præmiſſa non fecerit, ad mandatum, & alias reales, & perſonales executiones procedatur contra eum, prout Actor elegerit, vſque ad integram præmiſſorum ſatisfactionem, præterquam in cauſis affictus caſalium, damnorum datorum, venditionum herbarum, fidæ annimalium pretij, grani, carnium, caſei, butyri, & lanæ: in quibus cauſſis, loco ſententiæ, tempore prolationis eiuſdem, mandatum executiuum decernatur, ac

prӕterquam in alijs casibus, in quibus loco sententiӕ mandatum executiuum fuisset relaxatum.

ANNOTATIONES.

a Sententias.) Quid de laudis? Idem puto, per ea, quӕ ponit Felin. in cap. quoniam contra, num. 37. extra de Probat. Rol. cons. 79 num. 47. lib. 3. Vin. opin. 702.

b Artis.) Excluduntur ergo aliӕ sententiӕ latӕ in alijs locis, & per alios Iudices, licèt ad artem pertinentes, quӕ de Iure exequi possent, ad trad. per Doct. in l. à Diuo Pio § sententiam, & in specie Bar. Alex. & Ias. ff. de re Iud. Luc. Pӕt. qui ita declarat Statutum Vrbis lib 1. cap. 87. in nou. de execut sent.

c Mandando.) Sic etiam de Iure communi in executione sententiӕ pars est citanda, Bart. in l. 1. in fin. ff. Nil nou. App. pend Bald. in l. sed si contra, C. de Appell. Dec. in consilio 97. Maranc. de ordin. Iud parte sexta, tit. de execut. senten. num. 16. Apostill. ad Alexand. cons. 72. cum alijs per Iosephum Ludou. decis. Perus. 6. nu. 4. lib. 1 Contrarium tenuit Rot. decis. 25. de Appell. in Nou. Quam intellige, vt procedat duobus concurrentibus, & quòd appellatio verè sit deserta, & quòd hoc Iudici plenè constet, prout ita fuit alias declarata per Rot. decis. 300 num. 3. com. 2. diuers. Impress. & ita concordabis has opiniones.

d Eis.) An autem sit satis, citare Procuratorem? Dic, quod sic, de Iure, Bart. in l. meminerint, num. 5. C. vnde vi. Nisi Procurator esset constitutus in prima Instantia tantùm, de quo vide latè per Ioseph. Ludo. d. decis. 6. num. 6. & seq. part. 1. vbi admonet, tutius esse, dominum simul, & procuratorem citare.

De peremptione instantiӕ. *Cap. LVI.*

ITem, quòd prima instantia à nullo temporis cursu perimatur [a], secunda verò intelligatur finire, vt in Cap. quòd à sententia Consulum non liceat appellare, expressum est: &, quando contigerit de peremptione instantiӕ Reuisoribus datӕ dubitari, Consules debeant esse iudices [b] in decidendo peremptam, vel non peremptam instantiam [c]; &, si viderint peremptam, procedant ad vlteriora, vt est expressum: si verò viderint non peremptam, curent sine alia interlocutoria per Reuisores ad vlteriora procedi.

ANNOTATIONES.

a Perimatur] Erit ergo perpetua, prout de Iure Canonico, cap. venerabilis, extra de Iud. glos. in cap. fin. extra de dolo & contum Archar. in cap. sicut nu 2. extra de appell. Corn. cons. 210. num. 6. lib. 4. Verall. decis. 302. aliàs 3. de Prӕscript num. 5. par. 2. Rot. decis 401. in Nou. Cassad. decis. 5. num. 4. vt lite penden Hinc est, vt non tantù in Romana Curia Instantiӕ sint perpetuӕ, Achil. decis. 212. aliàs 5. de Prӕscript. Bero. cons 1 num 5. & 18 lib 3. & cons. 213. num 16. eo. l. Sed etiam in alijs locis Ecclesiӕ subiectis, in quibus canones attenduntur, & tàm in Criminalibus, quàm in Ciuilibus, Corn. d. cons. 210. in fi.

lib. 4.

lib.4. Felin. in d.cap. Venerabilis, in prin. extra de Iud. Quamuis cessatio à lite inducatur per decennium; & habere litem pro derelicta quis dicatur spatio triginta annorum, Achill. decis. 10. vt lit. pend. Cassad. decis. 5. eod. tit. vbi quòd etiam per spatium xviij. annorum, de quo vide Put. decis. 244. lib. 2. Rot. decis. 129. num. 1. tom. 2. diuers. Impress. Lancellot. de Attentatis, 2. par. cap. 4. lim. 6. num. 5. & 6. in Præfat. num. 275. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 4. nu. 25. Et, quòd hoc Statutum fauorabile sit, & summa æquitate nitatur, probat Afin. latè in sua prax. Iud. vbi multa habes in materia instantiæ, in princ. cap. 3 num. 24. Bero. cons. 1. num. 22. lib. 3.

b Iudices.] aliàs de Iure hoc iudicare spectat ad Iudicem, ad quem Bald. in l. eos, col. 4. C. de appell. & in cons. 30?. in fin. lib. 3. Franch. in c. ex ratione, num. 101. extra de Appell. Afin in sua prax. Iud. §. 31. cap. 60

c Instantiam.] Et in dubio pro non perempta iudicandum est, d. cap. ex ratione de Appell. Castr. in l. 1. ff. si quis Caut. Bero. cum ibi citat. cons. 1. num. 7. & cons. 25. num. 32. & cons. 87. num. 7. & 101. num. 9. & 181. num. 22. lib. 3. Rim. Iun. cons. 376. n. 41. lib. 4. Bertazzol. cons. crim. 469. num. 19. lib. 2.

De temporibus famulorum, quæ Stasciones appellant. *Cap.* LVII.

Item, quòd omnes pastores, & famuli Artis prædictæ, suis patronis, etiam quòd in principio Stascionis in seruire non cœperint, ad Stasciones inseruire teneantur, etiam quòd dicti famuli, & pastores de Stascione nullam fecerint mentionem. Et Stasciones vaccariorum, tàm vaccarum rubearum in præcodio existentium, quàm albarum, in festo Sancti Angeli de mense Septembri, quandocumque inceperint, finire intelligantur. Item Stasciones caballariorum, quandocumque inceperint, in festo Sanctæ Mariæ de mense Augusti intelligantur finire. Item Stasciones pecudariorum, & caprariorum duæ sint: quarum prima, prima mensis Maij, secunda prima Octobris, quandocumque inceperint, intelligantur finire. Item Stasciones carrariorum duæ sint: quarum prima per totum mensem Augusti, altera verò per totum mensem Octobris intelligantur finire, quandocumque inceperint. Item, & bifulcorum, & buttarorum Stasciones duæ sint: quarum in festo Sanctæ Mariæ de mense Augusti sit prima, & alia in festo Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, quandocumque inceperint, intelligantur finire. Stasciones buttarorum bubalorum in

prædio intelligantur finire: quando bubalæ, quas custodiunt, non amplius lactant vitulos: cęteri bubalarij prædij teneantur ad minus seruire per mensem integrum; & quòd per tres dies ante finem mensis teneantur denuntiare Minorenti, nolle a amplius seruire: aliòquin teneantur seruire alium mensem a: &, non seruiendo, non teneantur domini sibi satisfacere, nisi de duobus tertijs partibus temporis deseruiti. Porcariorum prima intelligatur finire prima Februarij, secunda in festo Sanctæ Mariæ de mense Augusti: &, quod tam prædicti famuli, quàm cęteri operarij Artis, teneantur seruire pro conuento tempore, & vsque ad fines temporum, vt supra, præfinitorum, sub pœna amissionis tertiæ partis salarij deseruiti; & forcinatores areæ teneantur seruire ad aream finitam.

ANNOTATIONES.

a Alium mensem.] Quia videntur tacitè relocasse operam suam pro eodem tempore, secundùm ea, quæ ponit Soccin. cons. 56. lib. 2. Afflict. decis. 365. per totam, Bursat. cons. 23. num. 17. lib. 1. Quid autem, si, finito secundo mense, non denuntiauerint per tres dies ante, secundùm formam Statuti, an iterum censeatur facta reconductio ad alium mēsem, & quod non, tenuit Alex. in cons. 16. lib. 4. vbi loquitur in casu similis Statuti. Vide tamen Ias. in l. diuortio, §. ob donationes, nu. 23. ff. solut matrim. Alciat. Reg. 2. præsumpt. 17. in fin. Cott. in Memorial. in verbo locaui, in fin.

De scalettis. Cap. LVIII.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd carrarij teneantur tradere domino eorum scalettam, quam ferunt in eorum carrotijs, pro iulijs duobus cum dimidio, quando dominus illam voluerit, aliòquin sit ipsorum carrariorum.

a *Quod nullus recipiat a famulum alienum.* Cap. LIX.

b ITem, quòd nullus audeat, vel præsumat b recipere, vel quo- c uis modo c ad sua seruitia admittere, aut retinere aliquem famulum sine licentia Consulum, siue Notarij, quam teneantur dare in scriptis sine præmio; &, si illum receperit, quod

statim

statim ex parte Consulum ad partis petentis instantiam eidem nuntietur per dominum, vt famulum, seu pastorem à suo seruitio licentiare debeat dicto suo primo patrono, ad pœnam viginti scutorum Cameræ Artis applicandorum, ac damna, & interesse primo patrono resarcire teneatur: & in omnem casum d. famulum, seu pastorem licentiare, & ad pœnam soluendam, & damna, & interesse emendandum Consules contrafacientes, summariè, sola facti veritate inspecta, cogere teneantur, & volens se excusare, non audiatur, nisi facto deposito de pœna.

ANNOTATIONES.

a Quod nullus.] Sic in simili fauore Agriculturæ est tex. in §. sed etiam, in Auth. de Mandat. Princip. vbi quòd nullus recipiet Agricolas, sed statim remittat de quo Moderni Tudert. in tract. de locat. & conduct. in principio, titulo Colonorum priuilegia, nu. 21.

b Audeat, vel præsumat.] Per quæ verba videtur requiri scientia, & dolus, Card. in clem. 1. q. 39. de Priuileg. Felin. in c. quoniam contra, col. 6. num. 11. de probat. Dec. cons. 37. nu. 5. Marsil. in l. lege Cornelia, § fin. num. 2. ff. ad legem Cornel. de Sicar. & in sing. 287. tetigi, Bertazzol. consilio criminali 329. nu. 9. lib. 2.

c Quouis modo.] Et sic excluditur omnis fraus, per quam quis vellet recipere alienum seruum, vt in simili de Statuto, quod nullus artifex conducat domum alterius artificis, quousque ille persistere voluerit in ea, vt nec possit emere fructus illius, ex quo fit fraus legi de contractu ad contractum, vt per Bart. in l. non dubium in 3. oppos. nu. 10. C. de leg. Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. 11. part. princip. nu. 98.

De famulis, & pastoribus cogendis ad complendum seruitia.

Cap. LLX.

ITem, quòd dicti Consules teneantur, & debeant cogere famulos, & pastores hominum dictæ Artis ad petitionem patronorum eorum, ad complendum seruitia a, ad quæ se locauerint realiter, & personaliter, remedijs omnibus opportunis, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, dummodo dicti patroni, seu domini salarium dictis pastoribus conuentum, & debitum, effectualiter in actis Notarij deponent; &, si ipsi pastores, seu famuli, aut eorum bona reperiri non possent, ad partis petentis instantiam condemnentur in salario

plus

plus debito recepto, & in damnis, expensis, & interesse: de
b quibus stetur in casu prædicto iuramento dictorũ patronorũ [b],
habita consideratione iurantium, iuxta discretionem Consulũ
prædictorum; &, quatenus dominus noluerit contra famulum
agere ad damna, & interesse, tunc loco damnorum, & interesse,
liceat de salario facere retentionem; & domini ipsorum
famulorum non teneantur eorum famulis, qui sine licentia discesserunt,
vel ob malam eorum seruitutem domini eos licentiauerint,
(de qua mala seruitute stetur iuramento Caporalis
c lis [c] famulorum) mercedem conuentam soluere [d], nisi duos
d menses pro tribus deseruitis, quibuscumque non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Ad complendum seruitia.] Habes etiam de hoc Statutum Vrbis, lib. 5. cap. 76. De Famul cog. ad seruit. temp. Impl

b Iuramento.] Quod est etiam de iure communi, Ias in l. properandum, §. sin autem alterutra, nu. 25. ff. de Iud. de qua re vide latè per Asin. in sua prax. Iud. §. 32. cap. 2. Ampliat. 9.

c Iuramento Caporalis.] Quod videtur à Iudice deferendum, vel à persona ab ipso deputata, vt in simili dicit Bald. in l. 3. in princip vers. circa quintum post numerum secundum, ff de iureiuran. Alex. cons. 60. nu. 10. lib. 3. Tiraq cum ibi citat in tractat de præsumpt. vers. verbo hæc nostra, §. 1. glos. 8. circa fin. ibi declara quinto.

Conuentam soluere.] Sic etiam de Iure communi famulo ante tempus recedenti non debetur aliquod salarium, etiam præteriti temporis, l. Iudices, & ibi Rebuff. C. de Annon. & tribut. lib. 10. Bart. in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locat Petr. Rebuff. in tract de Priuileg. Schol. Priuileg. 166. num. 12. licèt de æquitate aliud sentiat de salario præterito. Ias. in l. diem functo in vltima columna, ff. de off. Assess. vbi tamen aliud sentit, vbi domino multum interesset famuli discessus.

De aratris montanis. *Cap. LXI.*

ITem volumus, quòd bubulcis montanariis, qui cum bobus montanis ad arandum Romam venirent, non liceat retinere, & conducere vltra duodecim boues aratorios, & tempus conuentum arare cum quattuor bobus ad vicenam; &, si, durante termino conuento, abduxerint aliquos ex dictis bobus, soluant pro pœna Cameræ scutos duos pro quolibet

libet boue abducendo, & damna, & intereſſe parti reſarciant: nec eis ſuffragetur excuſatio, quòd dominus boum illos ſubtraxerit, ſed reſtantes boues per dominum laborerij capi [a], & in Curia Conſulum conſignari poſſint, nec reſtituantur, niſi pœna ſoluta, & intereſſe ſatisfacto, vel poſt ſolutionem dictæ pœnæ, idoneè cauto de ſtando [b] iuri, & ſoluendo iudicatum ſuper damnis, & intereſſe per dominum laborerij paſsis, & patiendis in curia Conſulum, & conſtituto procuratore reperibili, & acceptante, vel electo domicilio, vbi velit citari: & ad cauſæ expeditionem, iuxta formam Statutorũ huiuſmodi procedatur, &, quatenus montanus bubulcus, arreſtatis bobus, nõ comparuerit, procedatur contra eum per affixionem ad valuas Curiæ Conſulatus ad cauſæ expeditionem; & ſemper omnes boues intelligantur, & ſint pro dictis pœna, damnis, & interreſſe obligati, licèt non eſſent effectualiter illius, qui Romam illos conduxerit, quibuſcumque non obſtantibus.

ANNOTATIONES.

a Capi.] Poteſt hoc Statutum concedere executionem in bobus aratorijs, ex quo militat idem fauor Agriculturæ, ob quam inductum eſt tale priuilegium, de quo in Auth. Agricultores, & in l. executor. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Ad tradita in terminis per Plot. in l. ſi quando num. 712. C. vnde vi, auctoritate Ruin. in conſ. 130. num. 9. lib 1. Quidquid in contrarium velit Menoch. de Arbitr. Iud caſ. 378. cuius opinio procedere poteſt, vbi executio eſſet facta ad inſtantiam eius, qui nullum negotium habet in rebus ad Agriculturam ſpectantibus, quia tunc poſſet committi de facili fraus, ſi quis diceret ſe velle vti; ſecus autem in caſu noſtro, in quo manifeſtè apparet, Boues ad hunc effectum conductos. Ad id autem, quod habetur de Iure in l. executores, & in Auth. Agricultores, aduerte quod de conſuetudine non ſeruatur, vt per Neguſ. de Pignor. in tertio Memb. 2. par. numero 49. & ideo emanauit Bulla Pij Quinti, quæ eſt poſita in fine huius operis ad fauorem Agriculturæ, in qua etiam prohibentur boues, & alia inſtrumenta Rusticalia capi pro executione, vt latiùs in ea, circa quam tamen aduerte, quòd eſt localis, & Romæ tantùm ſeruanda, vnde in alijs locis aliud fortaſſe dicendum eſſet.

b Idoneè cauto.] Non ergo ſufficit iuratoria cautio, per ea, quæ in ſimili ponit Bero. q. 76. num. 3. debet igitur omnino cauere, nec excuſatur ob impoſsibilitatem, Ang. in l. 2. & ibi Alex. num. 14. in fin. ff. ſolut matrim. vbi de communi Affl. dec. 108. num. 3. Surd. conſ. 68. num. 23. lib. 1. An autem ſufficiat, deponere pignora loco cautionis, vide, quæ ſcripſi ſupra cap. 32.

De

De moderando pretio messorum. *Cap.* LXII.

ITem, quod Consules tempore messium teneantur officiales, & homines Artis per mandat. Cur. Cap. in Consulatu pro certa die, & hora vocari facere, & maior pars eorum mercedem messorum, caballariorum, & forcinatorum segetum, iuxta solitum, cum consensu gubernatoris, deliberare, & moderari a: quæ deliberatio, & moderatio per Notarium Artis in publicis actis describatur; & in publicis locis Vrbis per præconem denuntietur, cui deliberationi, & moderationi, tàm mercatores, quàm messores, caballarij, & forcinatores teneantur parere: & iuxta eam fieri debeat mercedum solutio, prædictis non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Moderari.] Quod facere possunt, suadente publica vtilitate, vnde talia Statuta sunt seruanda, vt in simili de Moderando pretio victualium habetur, c. 1. §. post natale, de pac. ten. in Vsib. Feud. l. fin. ff. ad leg. de Annon. Aluarot. in d. §. post natale, & ibi etiam Afflict. & Isern. cum alijs citatis per Francisc. Marc. q. Delfin. 539. lib. 1. & periment Franch. dec. Neap. 9. Caueant tamen isti Moderatores, vt pretia sint iusta, & mercedes congruæ, Bar. in l. annona, ff. de extraord. cogn. & in l. 3. §. item si quis, ff. de Crim. stell. & procurent obseruantiam, si enim pretia erunt iniusta, vt vidi in aliquibus locis, non publicæ, vt ipsi putant, vtilitati consulent, sed penuriam, & caritatem; & sic publicum damnum procurabunt, vt latiùs notaui in tract. meo de Annona non dum edito.

De mensuratoribus Frumentorum. *Cap.* LXIII.

ITem, quod mensuratores frumentorum, hordei, & leguminum teneantur, & debeant iuxta solitum radere mensuram a vsque ad ferrum sub pœna xxv. scut. Cameræ Artis applicandorum, &, si non fuerint soluendo, duorum ictuum funis, prima vice, secunda vice trium ictuum funis, tertia autem vice fustigentur per Vrbem, & eis non liceat exercere artem vendendi, vel cum dictam artem exercentibus societatem facere, sub pœna xxv. scutorum Cameræ Artis applicandorum.

AN-

a Mensuram.] Not. in hac materia mensuræ, quod ad hoc, vt cum ea possit mensurari frumentum, debet esse signata signo Principis, l. stigmata, C. de Fabr. l. 11. l. 2. ibi nostræ pietatis, C. de Frum. Alex. & habetur in Stat. Vrb. lib. 3. cap. 47. spectat enim ad principem, ordinare mensuras, l. modios, C. de suscept. & Arcar. lib. 10. quia hoc est meri, & mixti imperij, Franc. Marc. q. 279. num. 2. & 3. lib. 1. vbi latè. Si ergo talis mensura non fuerit signata, præsumetur adulterina, vnde magistratus, ad quem spectat castigatio adulterinæ mensuræ, poterit illam frangere, l. Iubemus, C. de debit. ciuit. l. item quæritur, §. si quis mensuras, iuncto §. interim, ff. locat. Io. Regn. in tract. de Mensur. num. 4. 5. & 6. Mascard. nouissimè de probat. conclus. 1044. num. 5. lib. 2. Immo etiam poterit pœnam relegationis imponere tali vtenti falsis mensuris, l. penul. ff. de Falf. l. annonam, §. fin. ff. de extraord. crim. vltra pœnam dupli, de qua Franc. Marc. d. q. 279. num 5. Et quod possit etiam suo arbitrio Iudex punire, tenuit Bellon. conf. 43. in fin. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 317. num. 2.

a *De modo a seruando per portitores, & falangarios, siue fachinos in venditione frumentorum, & quando ipsi pro emptoribus teneantur.* *Cap. LXIV.*

ITem, quòd portitores, seù fachini, vendẽtes frumentum, blada, leguminaq. alicuius mercatoris Vrbis, teneantur, die sequenti, quo fient huiusmodi venditio, & traditio, domino frumentorum tradere nomina, & cognomina emptorum, eorumq. habitationem, & exercitia, & quantitatem frumentorum traditorum, ac pretium in scriptis. qua notificatione facta domino frumentorum infra octo dies, à die dictæ traditionis computandos, liceat notificare per publicum nuntium eidem fachino, & portitori, ipsum nolle, vel non posse exigere pretium frumentorum prædictorũ ab vno, duobus, vel pluribus dictorum emptorum. qua notificatione facta, dictus portitor, vel fachinus ad pretium frumentorum eidem sic renuntiato consignatorum domino teneatur. Et, si listam emptorum domino grani non traderet, vel infra dictos octo dies emptor aufugeret, vel decoqueretur, ad pretium frumentorum per eum habitorum domino illorum portitor, seù fachinus teneatur: infra quos octo dies possit portitor, seù fachinus ab emptoribus pretium frumentorum venditorum exigere, vel contra eos ad sol-

uendum via iuris agere: ſed, dictis octo diebus elapſis, & portitoribus,& fachinis non aliter facta dicta renuntiatione, & intimatione, ſi emptores poſtmodum decoxerint, aufugerint, vel aliter ſoluendo non eſſent, dicti portitores, & fachini b domino frumentorum in nihilo teneantur: & ſemper liceat b domino grani exigere pretium ab emptoribus, ſine præiudicio ſupradictorum: & iuxta huiuſmodi Statutum ſententia ferri debeat: quibuſcumque non obſtantibus.

ANNOTATIONES.

a De modo.] Not. quod Statutum Vrbis libro tertio, capitulo 51 prohibet ne iſti Fachini intromittant ſe in venditione, vel emptione frumenti exiſtentis in campo Floræ.

b Et ſemper liceat.] ergo dominus, exigendo ab emptore, non amittit actionem contra Fachinum, vel portitorem, vt l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, ff. de pact. Iaſ. in l. poſt venditionem, ſub 3. Not. ſub n. 4. verſ. 3. limita C. de pact.

a *Quod portitores a grani non recipiant famulum alterius.* *Cap. LXV.*

ITem, quòd portitoribus grani non liceat recipere famulum alienum, qui promiſſum tempus ſuo primo domino non ſeruiuerit, aut aliquam ei truffam, ſeù barrariam fecerit, ſub pœna xxv. ſcutorum, Cameræ Artis applicandorum: quam pœnam à contrafacientibus Conſules irremiſſibiliter exigere teneantur. Et famuli diſcedentes ante finem promiſſi temporis teneantur ad damna, & intereſſe ſuo prædicto domino ratione amiſſionis temporis equorum: & nihilominus patronus non teneatur ei ſoluere, niſi duos menſes pro tribus menſibus deſeruitis, & ſic pro rata temporis: non obſtantibus quibuſcumque.

ANNOTATIONES.

a Quod portitores grani.] Scripſi in hac materia ſupra cap. 59. & 60.

Quod cuilibet de Arte liceat capere eius famulos ſine pœna, & ad Curiam ducere. *Cap. LXVI.*

ITem, quòd liceat, & licitum ſit, cuilibet de dicta Arte capere famulum ſuum cum eo ad expenſas, vel ſalarium perma-

a manentem, ſi ab eo aufugerit a, dum ad ſua ſeruitia permanere debebat, vbicumque eum poterit reperire, & eum perſonaliter ducere, & in carceribus Cur. Capit. ponere ſua propria auctoritate, & ibidem retinere, cum mandato tamen ſuper retentione huiuſmodi impetrando à Conſulibus dictæ Artis, eorum ſigillo ſigillato, & ſubſcripto manu Notarij dictorum Conſulum: qui illud ad petitionem hoc petentis facere teneãtur, donec per Conſules dictę Artis aliud fuerit ordinatum, ſine aliqua pœna Curiæ, vel parti, ratione huiuſmodi, perſoluenda, dummodo de prædictis in Curia dictorum Conſulum in Actis Notarij dictæ Curiæ eadem die, qua ceperit, de captura huiuſmodi fecerit mentionem, aliàs teneatur ad pœnam decẽ ſcutorum dictæ Curiæ vice qualibet perſoluendorum: hoc addito, quod, ſi dictus famulus vellet idoneè ſatiſdare de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ſuper eo, quod dominus, ſeù patronus ſibi petierit, ſtatim præſtita ſatiſdatione prædicta dicti Conſules teneantur, & debeant de carceribus ipſum famulum liberari facere.

ANNOTATIONES.

a Si ab eo aufugerit.] Sic etiam de Iure communi poſſum debitorem meum fugientem propria auctoritate, & abſque Iudicis mandato, capere. gloſ. Inſtit. de Act. in principio, in verbo. in Iudicio. dummodo duo concurrant, & quòd copia Iudicis haberi non poſſit, & quòd illum captum Iudici præſentem, Bar. in § neceſſitatem, Auth. vt Iud. ſine quoque ſuffrag. Ang. in l. extat, ff. quod met. cauſ. cum alijs citat. per Caccialup. in tract. de Debit. ſuſpect. 4. q. principali, numero decimo, vndecimo, & ſequentibus. Et, quod poſſim etiam famulum fugientem ſpoliare propria auctoritate veſtibus illi per me factis, dixit Bald. in l. in his rebus, §. ſerui, col. 2. ff. de ſolut. matrim & in Auth. habita, Cod. ne filius pro patre, Alexand. in d. §. ſeruis, num. 2. Moder. Tudertin. in tractat. de locat. part. 1. q. 10. de Merced. famul. num. 12. & 14. Sed quæro, an bona famuli ſint tacitè obligata domino pro eius ſeruitio debito? dic, quòd non, Bald. in l certi Iuris, q. 4. C. locat. Neguſ. in tract. de pignor. in 4. membr. ſecundæ part. principalis, nu. 151. Bonacoſſ. in tractat. de Famul. & ſeru. q. 108.

De diuiſione tenimentorum. Cap. LXVII.

ITem, quòd, ſi quæſtio eſſet inter aliquos habentes tenimenta, ſeù caſalia communia ſuper illorum diuiſione, Cõ-

sules teneantur, ad partis petentis instantiam, partes cogere ad eligendum vnum pro qualibet: & in contumaciam non eligentis Consules eligant vnum ex officio, qui vnà cùm tribus Con-
a sulibus accedere debeant a, & teneantur ad tenimentum, de cuius diuisione agitur; &, si eis videbitur commodam pati diuisionem, ipsum tenimentum diuidere ad commoditatem, & adiacentiam, ac iuxta eorum discretionem, & cuilibet partium portionem suam diuisam ab alijs consignare teneantur summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, etiam manu Regia. Et, si electi, & Consules in facienda dictæ diuisione non essent concordes, tunc maior pars eorum dictam diuisionem, ad commoditatem, & adiacentiam, & iuxta eorum discretionem cuilibet partium portionem suam diuisam ab alijs facere, & assignare teneatur. Et, si aliqua partium dictam diuisionem ratam habere noluerit, ad aliquem iudicem etiam Capitaneũ Romanum Populum appellare non liceat: sed, si ex ea grauatam se sentiret, infra decem dies à diæ factæ dictæ diuisionis possit, & valeat coram Consulibus comparere, & ab eis petere,
b quòd dicta diuisio, & consignatio reuideatur b: qui Consules ad partis petentis instantiam teneantur tres nobiles viros, partibus non suspectos, infra octo dies à die petitionis huiusmodi, in Reuisores eligere: quos sic electos teneatur pars petens acceptari facere infra alios octo dies, à die dictæ electionis cõputandos. Qui sic electi vnà cùm dictis duobus peritis, primo loco electis, & qui terminationi interfuerunt, debeant dictam diuisionem, & consignationem, infra triginta dies, à die acceptationis eorum computandos, confirmare, vel infirmare; &, si eam infirmauerint, liceat parti, contra quam lata est sententia infirmatoria, similiter infra decem dies à die infirmationis Reuisores petere coram dictis Consulibus, ac eligere, ac acceptari facere, vt supra: qui teneantur etiam tres alios nobiles partibus non suspectos in Reuisores eligere, qui vltimo electi Reuisores vnà cùm dictis duobus primis peritis teneantur, & debeant infra triginta dies, à die eorum acceptationis computandos, vnam, vel aliam diuisionem, & consignationem confirmare, vel infirmare, taliter, quod à dua-

duabus conformibus nulla detur appellatio, nec Reuiſio: &, ſi primi, vel vltimi Reuiſores infra menſem eis datum ad cauſſam expediendam illam non terminauerint, diuiſio, & conſignatio, à qua fuit reclamatum, firma remaneat, & faciat rem iudicatam: quibuſcumque non obſtantibus.

ANNOTATIONES.

a Accedere debeant.] Aſpectus enim plurimum operatur in hiſce litibus confinium, l. ſi irruptione, §. final. ff. fin. reg. Corn. conſ. 333. capio, num. 43. lib. 1. Afflict. decis. 23. nu. 7. Calcan. conſ. 8. nu. 7.

Sed, cuius expenſis accedere debeant? dic, quòd de Iure expenſis communibus intereſſatorum, gloſ. in l. ſi irruptione, §. ad officiũ, in fin. ff. fin. reg. Etiam ſi vna pars non conſentiret, ſed expreſsè cõtradiceret, l. 4. §. ſed ſi menſor, ff. fin. reg. Salicet. in l. 3. nu. 2. verſ. quæro cuius expenſis, C. eodem, Felin. in cap. quia iudicante, n. 1. verſ. & adde, quòd mẽſuratio extra de præſcript. Boer. decis. 51. nu. 16. Hieron. de Mont. in tract. fin. regund. c. 16. nu. 11.

b Reuideatur.] Poteſt enim iterum diuidi, & menſurari ager, quando pars prætendit errorem in d. menſura, ad tradita per Bar. in l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. de quo Iaſ. in §. quædam actiones, nu. 82. Inſt. de Action.

a *De quæſtionibus* [a] *confinium terminandis.*
Cap. *LXVIII.*

b ITem [b], quòd, ſi quæſtio eſſet inter aliquos ſuper confinibus tenutarum quarumcumque, Conſules teneantur ad partis petentis inſtantiam partes cogere ad eligendum vnum pro qualibet: & in contumaciam non eligentis Conſules eligant vnum ex officio, qui vnà cùm tribus Conſulibus accedere debeant ad videndum, inueniendum, & declarandum confines dictarum tenutarum, qui procurent per omnem modum, quo melius potuerint, veritatem inuenire, & cuilibet partium partem ſuam conſignare, & declarare ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, etiam manu Regia. Quorum ſic, vt præmittitur, euntium terminationi, & declarationi quælibet pars ſtare contenta teneatur, nec poſſit eam aliquo tempore retractare; &, ſi ſic electi, ac Conſules in decidendo non eſſent concordes, tunc maior pars eorum debeat dicta confinia declarare, & terminare, vt ſupra. Quorum declarationi, & termina-

minationi similiter quælibet partium teneatur stare contenta, nec possit eam aliquo tempore retractare, reclamare, vel reuisionem petere, aut ad arbitrium boni viri recurrere: quibuscumque non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a De quæstionibus confinium.] De quo vide latè per Franc Marc. q. Delfin. 111. & 112. lib. 1. Iul Front. in Cod. Theodos. de contralim. pag 172 Et, quomodo probentur confinia, & multas quæst. circa hanc materiam vide apud Mascard. de probat. concl 394 & seqq. vsque ad 404. lib. 1.

b Quod si quæstio esset.] Habebit locum hoc Statutum in petitorio, non autem in possessorio recuperandæ, per ea, quæ dicit Gomes. in Reg. de non iud. iuxta form. q 5. & facit ad hoc Afflict. dec. 84. & quæ in simili tradit Lancellott. de Attent. par. 3. cap. 24. q. 25. vbi multa hinc inde, licèt in sua quæstione contrarium concludat, & in terminis est text. pro hoc in l. 3. C. fin. reg. vbi, quòd prius cognoscenda est caussa possessionis, quàm proprietatis, & ita tenet Hieronymus de Mont. in tractat. de finibus, reg. capitulo trigesimo, vbi allegat Codicem Theodosianum, Immemor dictæ l. tertiæ, quæ est inter leges approbatas, Bertazzolus consilio Ciuili primo, numero trigesimo octauo.

Contrarium puto verius, per illa verba apposita in hoc Statuto, etiam manu Regia: quibus stantibus potest simul causa proprietatis cum possessione cognosci, vt latè per Rol. consilio septimo, numero trigesimo octauo, libro tertio, Crauett. consilio centesimo octuagesimo secundo, numero decimo quarto. Puteus decisione decima quinta, de Causs. possess. & propriet. Menochius consilio 180. numero 7. libro secundo, Surd. cons. 273. numero 21. lib. 2. vide Bursat. consilio vigesimo septimo, numero tertio, libro primo. Faciunt ea, quæ ponit Lancellottus de Attent. tertia parte, capitulo trigesimo, numero ducentesimo decimo primo, lim. 31. per Doctr. Bald. in l. ait prætor, §. permittitur, numero primo, in fine, versiculo, item not. ff. de Minor. Et latiùs per Dominum Vincentium Honded. Nouid. in cons. 9. num. 64.

De mensuratione Tenimentorum. *Cap. LXIX.*

Item, quòd rubrum terræ sit, & esse debeat stadiolorum vndecim millium, & ducentorum requadratorum, quæ stadiola faciant cannas, 3703. requadratas, & stadiolum sit, & esse debeat palmorum quinque, & trium quartorum alterius palmi Romani, cum quibus mensurantur fabricæ muri: qua mensura mensurentur omnes terræ a tàm ad vendendum proprietates, quàm ad arrumpendum, & ad herbas: quibuscumque consuetudinibus non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Omnes Terræ.] Vnde ſublata eſt ex hoc Statuto diuerſitas menſurarum, & illa magna quæſtio, an eſſet ſeruanda menſura loci contractus, an verò, vbi res ſita eſſet de qua Papienſis in Pract. in forma libell. in act. real. numero ſeptimo, verſ. cui cohæret Hieronymus de Mont. in tract. Fin. reg. capitulo vigeſimo ſexto, num. 7. vbi plura de Menſuris, Io. Regnaud. in tract. de Menſur. n. 13.

De transeuntibus per tenimenta aliena. *Cap. LXX.*

ITem, quòd nullus audeat, ſeù præſumat tranſire per tenimenta aliena ſine licentia domini tenimenti [a]. Si quis autem contrafecerit, & cum beſtijs tranſierit, pro pœna Cameræ Artis, & domino tenimenti pro medietate, vice qualibet ſoluat iulios quinque: ſi cum carrotijs, ſcutum vnum pro qualibet carrotia vice qualibet: ſi cum armento, aut branco animalium, ſcutum vnum pro quolibet branco, excepto caſu fortuito: prouiſo tamen, quod volens conducere aliqua frumẽta, blada, ſegetes, legumina, poma, & quaſcumque aliàs fruges, ligna, faſcinas, & ſtramina quæcunque, & quæcumque alia ſimilia ad ripam fluminis, vel maris, cauſa ducendi ad Vrbem teneatur requirere, vel coram Conſulibus citari facere dominum tenimenti intermedij, per quòd eſt tranſeundum, ad audiendum deſuper ipſorum Conſulum declarationem: qui Conſules ad partis petentis inſtantiam teneantur mittere duos probos viros, vel maſſarios de Arte: qui ſic electi teneantur ad locum tranſitus accedere, & illum bene conſiderare, & locum, & quantitatem terræ, per quam eſt trãſeundum, declarare, & aſſignare, qui ſemper concedatur in loco minoris læſionis domino tenimenti, & prædicta omnia cum iuramento Conſulibus referre. Et tunc Conſules teneantur pretium damni propter locum aſſignatum imponere [b], & vltra dictum pretium, quod eorum diſcretioni pro dicto tranſitu tranſiens domino tenimenti ſoluere teneatur, taxare, conſiderata qualitate animalium tranſeuntium, & tempore tranſitus: cui declarationi quælibet pars teneatur ſtare, & ab ea non reclamare, nec appellare, aut loci viſionem petere valeat: quibuſcumque non obſtantibus.

AN-

l. si colonus, ff. arbor. furt. Cæsar. & quod plus est in Emphyt. Bal. Ang. & alij, in l. diuortio, §. si fundum, ff. solut. matrim. Alex. cons. 108. col. 1. lib. 1. cum alijs per Tiraq. de Retract. conuent. §. 3. gloss. 1. num. 24.

Et incidentes tales arbores, siuè sint coloni, siuè conductores, siuè emphyheutæ, cadunt à iure suo, dicta l. in fraudem, §. conductor, vbi Bart. ff. de iure Fisci, & in Auth. qui rem, vbi omnes, Cod. de sacrosanct. Eccles. Ruin. cons. 18. nu. 5. & 4. lib. 1. Menoch de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 68. num. 8. Roland. cons. 40. nu. 6. lib. 4. & est communis opinio, vt per Laur. Chircou. in suis côm. opin cent. 5. concl. 39. Emphytheuta Bursat. cons. 91. num. 3. Redoan. de Reb. Eccles. non alien. Rubrica de Caduc. ob deteriorat. §. 2. incip. & vt discurratur, nu. 14. vbi citat tex. in l. si Marcellus, §. si conductor, ff. Arb. Furt. Cæsar. Adeo quòd, etiam per receptionem pensionis dominus non censetur remittere hanc caducitatem, Rip. in l. fin. nu. 207. C. de Reuoc. Donat Ruin cons. 70. num. 14. lib. 5. & ita fuisse decisum in Rot. testatur Redoan. in dict. tract. dict. tit. 1. § aliter, nu. 34. Sed, cui incumbit onus probandi, arbores incisas fuisse fructiferas? dic, quod domino, ex quo colonus habet Regulam pro se, quòd possit incidere arbores, ergo incisio præsumitur facta in casu licito: &, qui prætendit factam in casu excepto, probare debet, Bart. in l. non solum, § sed vt probari, ff. de oper. nou. nunciat. Alciat. in tract. de præsumpt. Regul 3. præsumpt. 1. nu. 1. & 3.

An autem possint incidi quercus, & populi, ex quo, præter materiam, nullum fructum, vel minimum reddunt, Alexand. cons. 118. nu. 9. Crot. cons. 115. nu. 5. & seq. Francisc. Becc. cons. 33. nu. 5. & seq.

d Solita falciari.] Quod etiam est de Iure communi, l. ei, qui partes, §. cum prædia, ff. de petit. hæred. & ibi Aret. Ronchegall. in l. 5. nu. 28. in verbo Agricultura, ff. de duob. Reis, l. videamus, §. item prospicere debet, vbi Bar. ff. locat. Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. part. 11. num. 44. 54. & 66. Florian. in l. æquissimum, §. Vsufructuarius, ff. de Vsufr. Alex. cons. 182. nu. 15. lib. 2. Ruin. cons. 74. nu. 4. & 15. lib. 1. Quia in his locationibus seruatur solitum, l si merces, §. conductor, vbi Bart. ff. locat. Castr. in l. hæc distinctio, §, fin. ff. locat. Quid autem sit dicendum in Emphyteuta, remitto te latè ad Veronen. de seruit. Rust. præd. c. 22. tit. de Montib. nu. 10. & seqq.

e Sit Domini tenimenti.] Secus de Iure, quo medietas ad dominum, & alia spectat ad colonum, §. thesaurus, Inst. de Rer. diuis. l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. Moder Tuder. in tract. de locat. & conduct. in princip. quæst. 10. tit. de Mercede Thesauri.

Quod in cęteris locationibus non liceat incidere arbores.
Cap. LXXII.

Item, habentibus locationes ab aliquo alicuius possessionis, in qua arbores cæduæ existerent, non liceat incidere a quoquo modo arbores etiam cæduas possessionis predict., nisi tantùm pro lignis ad vsum pastorum existentium in dicta possessione tantummodo comburendis, & pro con-

c factum e, dicta animalia, vel sata subhastentur, & de pretio extrahendo satisfiat domino integraliter de omni eo, quod debet habere, sine aliqua diminutione iurium, quæ habet contra primum conductorem, & sine vitio spolij, vel attentatorũ, etiam
d si inter primum conductorem, & dominum lis verteretur [d].

ANNOTATIONES.

a Quod animalia, vel sata.] Quod de Iure communi non est, nisi in fructibus, & sic herbis, & satis, l. si in lege, §. 1. ff. locat. vide glos. & Bart. in l. solutum, §. solutum, nu. 8. in fin. ff de pign. act. & in l. certi Iuris, C. locat.

b Integraliter.] De iure communi secundus conductor non tenetur, nisi pro rata, pro qua conduxit, & pro ea rata tantùm bona inuecta sunt obligata etiam primo locatori, dicto §. solutum, Castren. in l. si in lege, §. si colonus, ff. locat. Neguf. de pignor. 4. membr. 2. part. nu. 136. vbi de hoc latè Menoch. de Adip. Remed. 3 quæst. 11. numer. 110. vbi etiam limitat quando secundo conductori locatio facta est gratuito, quod in nihilo teneatur, de quo etiam Neguf. d. loco, nu. 135. Gomes. in §. item Seruiana, nu. 15. Inst. de Act. Modern. in tract de Locat. & conduct. part 3. tit. de Inuent nu. 8.

c Domino non fuerit satisfactum.] Idem, si primus locator non sit dominus prædij, sed ab alio conduxerit, quia respectu sui conductoris potest dici dominus ad Alex. cons. 129. nu. 4. l. b. 2.

d Lis verteretur] De Iure communi, vbi vertitur lis inter primum conductorem, & dominum, secundus conductor liberatur, præstando cautionem de soluendo cui, & quatenus de Iure, Bart. in l. litibus, num. 14. Cod. de Agric. & Censit. l. 11. Moder. Tuder. de locat. part. 2. tit. ne lit. pend.

De licentia remittendi animalia affidata Cap. LXXIV.

ITem, quòd animalia affidata in aliquo tenimento à Ciuibus, vel incolis Romanis, vel districtualibus Vrbis, si eorũ
a domini conuentam fidam a debito termino non soluerint ipsis, seù eorum gargarijs, factoribus, vel custodibus, etiam ad tu-
b gurium [b], seù statium, vel locum, vbi pastores animalium morantur, semel citatis, cum copiæ dimissione, ad debitam fidam soluendam aliàs impartiri licẽtiam de remittendis animalibus affidatis: Consules, ad petentis instantiam teneantur concedere licentiam dicta animalia affidata remittendi: & domino herbarum liceat, licentia habita, illa remittere, & remissa re-
c tinere, donec de fida sibi debita fuerit integraliter satisfactũ [c]. Et si propter dictam remissam, & retentionem aliqua, vel om-

nia animalia morerentur, pereant, & moriantur damno patroni dictorum animalium, & ad eorumdem subhastationem, & deliberationem, si actor voluerit, prout in similibus fieri consueuit, procedatur.

ANNOTATIONES.

a Conuentam fidam.] Quid, si non sit conuenta? recurrendum est ad solitum, & ad id, quod alij vicini faciunt, Afflict. super Const. Regni, cum per partes, rubrica, de Anim. in Pasc. Affid. 37 nu. 13. lib. 3.

b Etiam ad tugurium.] Hoc non liceret de Iure communi, Imol. in clem. causam, nu. 14. de elect. faciunt dicta per Ang. in l. lex Cornelia, §. domum, num. 8. vers. sequitur in tex. ff. de Iniur. & quæ scripsi supra c. 14. in verbo personaliter.

c Integraliter satisfactum.] Hoc permittitur fauore fidæ, alias, enim de Iure communi non licet animalia retinere, Bartol. in l. hoc amplius, §. de ijs, num. 3. ff. de damn. infect. & si pereant animalia periculum est retinenti, Capic. dec. 45. nu. 4. cum his quæ latè posui supra cap. xl1. in verbo retinere.

De pratis custodiendis. *Cap.* LXXV.

ITem, quòd, quotiescumque contigerit fieri venditionem, siuè locationem herbarum alicuius tenimenti, in quo sint prata solita falciari pro vna hyeme, stascione, vel anno, non aliter facta mentione de venditione fęni prouenientis ex dictis pratis, quod emptor, siuè conductor herbarum in pratis in dicto tenimento existentibus in medio mensis Martij [a] non debeat animalia ad pascendum ponere, sed ab eis animalia abstinere: & fęnum ex eis proueniens sit, & esse debeat domini tenimenti, quod fęnum dominus illius teneatur ex dictis pratis amouere, & exportari facere per totum mensem Iunium. Si quis autem contrafecerit, pœnas & Cameræ, & parti soluat, secundùm formam præsentium Statutorum.

ANNOTATIONES.

a In medio mensis Martij.] Quid ergo, si quis accusetur habuisse bestias in in pratis de mense Martij? dicas, non posse per hoc condemnari, secundum Bart. in l. non solum, §. sed vt probari, n. 2. ff. de Nou. oper. Nunc. Dec. cons. 210. col. pen. Aym. cons. 6. nu. 106. Rim. Iun. cons. 71. nu. 19. lib. 1.

Et Not. quòd propter reformationem kalendarij, de anno 1581. fuit factum decretum, quòd conuentiones de arrumpendo, siuè custodiendo ad medium

men-

mensis Martij, intelligantur, & prorogentur ad vigesimam quintam diem eiusdem Mensis. Quod decretum factum fuit conuocata generali Congregatione Nobilium de arte, Consulibus Dominico Iacobatio, Mutio Matthæo, Tiberio Maximo, & Hortensio Celso, Nobilibus Romanis.

De caseo locationum. *Cap. LXXVI.*

ITem, quòd, quando fit alicuius tenimenti locatio, vel herbarum venditio cum expressione pretij, & lo cascio, che c'entra, non aliter exprimendo quantitatem, quod caseus intelligatur solui ad rationem xxv. sechiorum pro quolibet centenario scutorum, ad iulios decem pro scuto; sechium autem sit duodecim librarum casei pecorini, & vna recotta pro quolibet sechio.

De tempore finitæ locationis. *Cap. LXXVII.*

ITem, quòd, quotiescumque fuerit facta alicuius tenimenti locatio pro certo, & determinato tempore [a]; &, illo lapso, in dicto tenimento aliquas maiesias, vel culta esse, & remanere contigerit, sint, & esse censeantur domini dicti tenimenti absque vlla expensarum etiam gratia acquirendorum, & recolligendorum fructuum factarum refectione, nisi aliter inter partes conuentum fuerit [b].

ANNOTATIONES.

a Determinato tempore.] An autem possit conductor ante tempus recedere à locatione? dic, quod sic, si fundus efficiatur sterilis, Bar. in l. 2. num. 4. C. de Agric. & censit. l. 11. Item si dominus sit valdè rixosus, & molestus, Bar. in l. si conuenerit, ff. pro soc. Aym. cons. 268. in fin. Bero. cons. 22. num. 7. lib. 2. & est communis opinio, de qua Capr. reg. 109. n. 17, Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 171. Simonc. de Decret. lib. 2. tit. 4. Inspec. 1.

b Conuentum fuerit.] Quæ conuentio seruanda est, ad ea, quæ ponit Lud. decis. Perus. 10. part. 1. Quid autem, si conuentum fuerit, quod sit conductoris, an conductor teneatur vendere potius domino, quàm alteri? dic, quod sic, iusto tamen pretio, & fortasse etiam viliori, Rom. cons. 22. nu. 5. vers. 3. hoc idē probatur, Bar. in l. 1. C. de Metall. l. 11. Ruin. cons. 152. nu. 6. lib. 1. Bertazzol. cons. Crim. 281. nu. 20. lib. 2.

De laborerijs fiendis. *Cap. LXXVIII.*

ITem, quòd, quicumque in tenimento alterius aliquod laborerium facere promiserit, ad quintam, vel quamuis

aliam

aliam partem fructuum dicti laborerij domino tenimenti huiusmodi respondendam: teneatur, & debeat dictum laboreriũ facere, & cultiuare saltèm de septem araturis temporibus debitis, & oportunis ad minus; & id, quod in dicto laborerio sementauerit, teneatur benè, & diligenter colere, & procurare, ita, quod sui defectu damnum non valeat domino tenimẽti

a prouenire [a]: &, si secus fecerit [b], teneatur dicto domino ad

b refectionem omnium damnorum, & interesse, in quibus dominus probauerit se ratione huiusmodi incurrisse.

ANNOTATIONES.

a Prouenire.] An autem teneatur, si fecerit laborare per inexpertos, & per hoc dominus sit in damno? Dic, quod sic, l.1. C.de Mancip. & collat. lib.10. Corset.sing.52.colonus.Caroc. in tract.de locat.p.2.tit.de dol. & culpa, nu.17.

b Secus fecerit.] Sed, cui incumbit onus probandi bonam, vel malam culturam? dicas quòd, licèt negatiua sit probanda ab eo, qui se fundat in ea, secus tamen est, vbi quis negat aliquem fecisse id, ad quod tenebatur, vigore Statuti, vel instrumenti, Alex.in terminis.cons. 129.lib.2.Ioseph.Lud. decis. Perus.22. nu.24.& 25. part.1. Amplia, vt etiam incumbat ei onus probandi, se coluisse, secundum consuetudinem Alex. d. cons.129. lib 2. quia in agrorum cultura maximè attenditur cõsuetudo, l.si.merces, §.conductor, vbi Bar.ff. locat.Castr. in l.hæc distinctio, §.fin.ff.locat.& dixi supra c.71.

De cultis sementandis. *Cap.* *LXXIX.*

ITem, quòd omnes, & singuli, qui in tenimento alicuius aliquod laborerium fecerint, teneantur omnes cultus maiesiarum dicti laborerij in anno sequenti immediatè post recollectiones dictarum maiesiarum facere, & sementare vnam partẽ ad granum, & duas ad blada; quod si non fecerint, teneantur domino tenimenti ad refectionem totius interesse, quod propterea idem dominus incurrisset.

De segetibus datis ad medium. *Cap.* LXXX.

ITem, quòd, quicumque receperit aliquam quantitatem grani, hordei, seù alterius generis leguminis, vel bladi ad medium, teneatur illam suis sumptibus, & expensis seminare [a], & seminatam custodire: & tempore messium, postquam messum fuerit, omnibus suis sumptibus teneatur di-

a

ctum granum, hordeum, blada, & legumina, ad aream ad effectum triturandi conducere: &, qui dictum granum, hordeum, bladum, seù legumina, dederit, teneatur illud mundare, metere, & triturare omnibus suis sũptibus, & expensis; & omnis fructus, soluta prius responsione terratici, pro dimidio diuidatur. Et, si in præmissis agendis alter eorum negligens fuerit, teneatur alteri socio ad refectionem omnium damnorum, expensarum, & interesse, in quibus præmissorum occasione incurrerit, iuxta tamen Consulum declarationem. Et, si dans dictum granum, hordeum, bladum, seù legumina, requisitus in Curia dictorum Consulum suam diligentiam eius, quod debet, facere neglexerit, liceat illud granum, & alia accipienti cum licentia dictorum Consulum supplere prædicta deficiẽtia, & pro eis oportunas facere expensas, quas repetere, & recipere possit à dicto, sicut promittitur, negligente: & pro eis expensis retrahendis liceat ei, cum licentia Consulum tamen, penês se retinere de parte ad socium negligentem pertinente de grano, aut alijs leguminibus prædictis vsque ad integram dictarum expensarum satisfactionem: quam licentiam dicti Consules post requisitionem prædictam petentibus dare, & cõcedere teneantur, si dictus taliter requisitus fuerit negligens in præmissis: addito, quòd exponens dictas expensas teneatur in Curia Consulum penès Notarium dictæ Curiæ scribere, & assignare, quid ratione prædicta de parte socij retinuerit, & numerum expensarum, quas fecerit, cum iuramento infra viginti dies tunc immediatè sequentes: aliàs prædictas expensas nullatenus repetere, aut habere possit.

ANNOTATIONES.

a Seminare.] Idem de Iure communi, Bald. in l. 1. q 7. C. pro soc. & sing. 85. allegat tex. in l. ex conducto, §. si vis. vers ne supra damnum, ff. locat. Abb. in cap. tua nobis in 2. Not. de Decim. Petr. de Vbald. in tract de duob. Fratrib p. 2. q. 9. col. 3. Natt. cons. 243. lib. 2. Cott. memorial. in verbo colonus circa med. Vnde tenetur ponere boues; & alia necessaria ad culturam, fossatas mundare, & similia, de quibus vide latè Guid. Pap q. 472 Rol. cons. 82. n. 24. lib. 1. Moder. Tuder. in tract. de locat. p. 2. tit. de Feud. Instr. nu. 3.

De

a *De mittentibus ignem* [a] *ante primam diem Augusti.* *Cap.* LXXXI.

ITem, quòd nullus audeat, nec præsumat mittere ignem in stipulis, vel alijs locis casalium Vrbis,& districtus, vel tenimentis alijs circumstantibus ad dicta casalia ante diem primam Augusti, sub pœna quinquaginta scutorum, pro tribus partibus Cameræ, & pro alia accusatori applicandorum, qui teneatur secretus: & quilibet accusare possit delinquentem: & b eius iuramento cum probatione tamen vnius testis,credatur [b]: & Curia possit de prædictis inquirere, & repertum culpabilem condemnare: & nihilominus,si ex huiusmodi ignis immissione alicui damnum aliquod eueniret, talis immittẽs dictum ignem teneatur damnum huiusmodi emendare damnum passo. Si verò ex immissione ignis post dictam primam diem Augusti aliquod damnum fieret, immittens ignem, in dicti damni emendationem, & pœnam nullatenus teneatur.

ANNOTATIONES.

a De mittentibus ignem.] Hoc Statutum, propter reformationem Kalendarij factam à Gregorio XIII. de anno 1583. fuit etiam reformatum per Decretum Generalis Congregationis Nobilium de arte, quòd scilicet intelligatur in posterum talis immissio ignis, & producatur vsque ad decem diem Augusti Quod decretum factum fuit die 17. Martij 1583. Dominico Iacobatio, Mutio Matthæo, Tiberio Maximo, & Hortentio Celso, Nobilibus Roman Consf. & est apud Notarium Artis.

b Credatur.] Quia incendium est difficilis probationis, Afflict. decis. 57. num. 3. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 116. num. 10. & ideò minores probationes requiruntur: & sic videtur sufficere dictum vnius testis ad ea, quæ ponit Marsil. in pract. Crim. in §. diligenter, num. 80. in princip. Vulpell. cons. 118. num. 15.

a *De asportantibus frumenta ex area sine licentia* [a] *domini.* *Cap.* LXXXII.

ITem,quòd,si quis haberet alterius possessionẽ ad laborãdũ, siue per modũ locationis,siuè per quẽuis aliũ modũ,ad quintam tamen,vel quamuis aliam partem pro rata fructuũ domino

re-

respondendam, adueniente tempore recollectionum dictæ possessionis, non audeat, vel præsumat de Area, vel Cãpo, vbi fructus dictæ possessionis fuerint, ipsos fructus modo aliquo extra-
b hère, vel portare, sine requisitione domini [b] dictæ possessionis, vt ipse dominus in receptione portionis debitæ non valeat de-
c fraudari: & si secus fecerit, soluat pro pœna [c] vice qualibet Cameræ Artis scutos viginti quinque, & soluat domino, ad eã rationem, ac si fructificasset ad rationem quindecim pro quolibet rubro, vel ad illam maiorem quantitatem, ad quam dominus possessionis probauerit conuicina frumenta fructasse: & hoc sit ad eius electionem, & dictus colonus teneatur domino terræ dare partem conuentam, & omnium spicaminum, & re-
d scotituræ areæ: & quòd omnis palea sit coloni [d]: & spicæ in
e stipulis remanentes, & ipsæ stipulæ [e] sint domini terræ.

ANNOTATIONES.

a Sine licentia Domini.] Quod Statutum valet, & seruandum est per ea, quæ ponit Cæpoll. in tract. de seruit. Rust. præd. cap. 20. de mess. & vindem. vbi idem vult de statuto, quod quis non possit vindemiare, vel messem facere in suo, nisi certo tempore, & simile huic est Statut. Vrb. c. 123. lib. 1.

b Sine requisitione.] Facienda saltem per duos dies ante, vt cauetur in simili per Stat. Vrb. d. cap. 123. lib. 1. quod Colonus partiarius non possit extrahere vinum, aut mustum sine licentia domini. de quo vide Vincent. Franch. dec. Neap. 117. num. 2.

c Soluat pro pœna.] Possunt etiam hanc pœnam contrahentes imponere, vt dicit Iacob. in tractat. de feud. num. 52. vbi testatur ita fuisse iudicatum ipso consulente, per text. in l. si ita, §. dominus, ff. de Vsu, & hab. Et quod colonus non possit extrahere frumentum, & alios fructus recollectos absque licentia domini, est etiam de Iure communi, l. 2. vers. naturale quippe, C. quand. & quib. 4 par. hæred deb.

Et, quod possit etiam dominus mittere famulum, qui assistat collectioni fructuum, ne defraudetur, dicit ex illo textu singulariter Alexand in l. diuortio, §. vltim. colum. vltim. numer. 5. vers. hoc ff. solut. matrim. sequitur Vincent. Franch. decis. Neap. 110. septima. Licèt oporteret, quòd ille famulus esset oculatior Argo, vt occurreret fraudibus rusticorum, vt dicit Cott. in Memorial. in verbo fructus, circa med. versic. vlterius, Bonacoss. de Fam. quæst. 140.

An autem Colonus teneatur partem domino tangentem deferre ad eius domum? dic, quod sic, si sunt eiusdem Ciuitatis, loci, vel comitatus, Bald in l. acceptam, num. 22. C. de Vsur. quæst. 12. & in l. fin. num. 7. C. de condit. In-

fert. Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. part. 6. quæst. 14. Cott. in verb. Emphyteuta non soluendo, vers. an debito, 1>. de Arn. Problem. 45. Io. Trigon. sing. 125. Capel. Tholos. q. 76. Ias. in l. fructus, num. 14. ff. solut. matrim. Rol. cons. 87. num. 17. lib. 1. decis. Genuen. 144. num. 3. & ita de consuetudine obseruari dicit Bart. in l. in illa, ff. de Const. pec. vbi etiam Ang. ampliat. vt colonus teneatur suis sumptibus portare. cui addo Franc. Marc. q. Delfin. 211. par. 2. num. 6. quod etiam obseruari vidi communiter.

An autem Colonus teneatur ad Gabellas, quando obligauit se suis sumptibus portare? dic, quod non, quia non est sumptus, sed collecta, vel debitum Principis, Bald. in l. acceptam, quæst. 14. C. de Vsur. Salicet. in l. indebitas, num. 10. C. de Vsur. Socin. cons. 247. vbi tamen dicit, quod, si Gabella debetur pro rebus portatis, tenetur dominus, aliàs secus.

d Palea sit Coloni.] Quid autem sit de Iure communi, distingue, vt per Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. par. 11. sub. 9. q. Ludou. decis. Perus. 14 par. 1. & in summa omnibus his distinctionibus prævalet consuetudo, de qua Doct. præcitat. & latius Moder. Tuder. in tract. de Locat. p. 4. q. 4. n. 4. tit. de Paleis. & Oliuis, & occurrit pluries mihi de facto in Ciuitate Perus. vbi probata consuetudine, quòd Palea spectabat ad Colonum vltimo anno, quando eam in primo anno non habuit, ita pronunciatum fuit.

e Stipulæ.] Quæ nil aliud sunt, nisi culmi cum spica non collecti, quos, cum otium adest, Rustici deinde metunt, l. sylua cædua, §. stipula, ff. de Verb. signif. Prohibitum tamen est Iure diuino dominis eas colligere, Deuter. vbi oliuæ relictæ, racemi stipulæ illectæ pauperibus pupillis, viduisq. permittuntur, vnde spicilegium, &, vt dicunt, racemationem facere possint, vt etiam in pluribus locis seruatur, de quo Alciat. in d. l. sylua cædua, §. stipulam, de verbor. signific.

De modo aggrossandi bestias receptas in fidam, vel ad hyemandum. Cap. LXXXIII.

ITem, quod, quicumque receperint aliqua animalia ab aliquo pro vno anno, vel vna Stascione ad custodiendum, vel hyemandum, aut pascuandum, vel in fidam, teneantur, & debeant, tantùm semel, videlicet in principio dicti temporis huiusmodi animalia aggrossare, & non vltra, durante anno, seù Stascione prædictis. Et, si quis aliter facere vellet, dominus animalium non teneatur soluere pretium conuentum, nisi pro primo aggrosso tantùm: prouiso etiam, quòd, si, durante anno, seù stascione prædictis, ex dictis bestijs aliquæ morerentur, vel deperderentur, aut venderentur, possit dominus animalium in locum mortuorum, perditorum, vel venditorum, in dicto loco, seù pascuis ponere. Et, si in fine dicti temporis vltra numerum animalium aggrossatorum inuenirentur in dictis pa-

paſcuis: teneatur dominus animalium pro tota fida, ſeù gubernio ſoluere, ac ſi à principio dicta animalia in dicto gubernio poſita fuiſſent. Si autem ille, qui dicta animalia alteri dedit cuſtodienda, vel gubernanda, infra dictum tempus illa venderet in totum, vel in partem, vel de illis morerentur, aut deperderentur, & alia in locum mortuorum deperditorum, & venditorum non poſuerit [a] ad integrum pretium conuentum: teneatur pro dicto primo aggroſſo: quod taliter fiat: videlicet, animalia bubalina ſupra tres annos, licèt habeant vitulos, numerentur pro vna beſtia groſſa: annotini dicuntur ſupra duos annos, & numerentur tres pro duabus beſtijs groſſis: aſſiccaticij dicuntur ſupra annum, & numerentur duo pro vna beſtia groſſa. Vaccæ albæ, quæ erunt ſupra duos annos, numerentur pro vna, licèt habeant vitulos lactantes. Aſsiccaticiæ dicuntur ſupra annum, & numerentur tres pro duabus beſtijs groſsis. Equæ, quæ fuerint ſupra duos annos, numerentur pro beſtia groſſa, licèt habeant pullos lactantes. Caroſi dicuntur ſupra annum, & numerentur tres pro duabus beſtijs groſſis. Porci verò, ſi fuerint ſupra annum, duo facient vnum par: ſi fuerint marzaroli, tres facient vnum par: ſi ſpicaroli, quattuor facient vnum par.

ANNOTATIONES.

a Non poſuerit.) Facit l. ſi vehenda, in principio, ff. ad leg. Rhod. de Iact. Signorol. conſil. 195. numer. 7. Roman. notab. 561. conduxi mulierem. Bart. in l. diuus, num. 2. ff de Var. & extraordinar. Cimin. Moder. Anconit. in tract. de Mercat. tit. de Naui. in tertia parte, núm. 16.

De modo aggroßandi animalia vendenda ſecundum morem Romanum. Cap. LXXXIV.

ITem, quòd in omnibus venditionibus quorumcumque animalium faciendis ſecundùm morem Romanum aggroſſandorum, & ad vſum Artis conſignandorum, taliter inter emptores, & venditores fieri debeat aggroſſatio, & aſsignatio ſecundùm diſtinctionem infraſcriptam, videlicet, in primis, vac-

cę albę aggrossentur hoc modo, videlicet, duę vaccæ cũ vitulis a faciant integrum par a, tres vaccæ sodæ faciant integrum par, quattuor assiccaticiæ faciant integrum par, sex vitulæ faciant vnum par, tres iuuenci, siuè tauri supra duos annos vsque ad tres annos faciant vnum par, supra verò tres annos duo faciant vnum par. Vacca grossa intelligatur illa, quæ est supra duos annos: assiccaticia, quæ supra vnum: vitula, quæ infra vnum annum. Annus finiatur in fine cuiuslibet mensis Martij. Consignentur canes, & campanæ. Equa autem habens duos in tres annos numeretur singula, aut habeat, vel non habeat pullum lactantem infra annum, & vocetur bestia grossa: & duæ earundem, tàm cum pullis, quàm sine, faciant vnum par. Illæ verò, quæ supra vnum annum, & infra duos steterint, siuè mares, siuè fęminæ fuerint, vocentur carosi, & tres ipsorum faciant vnum par. Bubalæ autem duæ cum suis vitulis faciant vnum par: tres sodæ aliud par: quattuor annotini aliud par: & sex assiccaticiæ aliud par: & hoc à Sancto Ioanne de mense Iunij vsque ad Calendas Ianuarias sequentes, & à dictis Calendis ad dictum Sanctum Ioannem par intelligatur filiatarum, & sodarum, vt supra, & annotinorũ trium, & assiccaticiorum quattuor bestiæ autem grossæ supra tres annos annotinæ de duobus in tres annos, assiccaticij verò de duobus annis, & vitulæ ab ortu in fine anni. Item in venditione earumdem bubalarum intelligantur donatæ omnes massaritiæ, vt sunt capannæ, carrotiæ, caldaria, confocinæ, fechia, paliferrei, vegetes, & vegetelli, & cupellæ, & alia similia ad vsum præcodij. Item intelligatur donatæ duæ equæ cum bastis, copertis, & cistris pro quolibet bubalarum trunco: &, si sint duo, vel plures trunchi, intelligatur donata equa equitanda à minorente, quæ sit em- b ptoris pro seruitio sui minorentis, & minorens venditoris nec equam, nec aliud petere possit. Item quòd pecudes, quæ venduntur de mense Maij, cum pacto, quòd consignentur ad vsum Artis, sic intelligatur, videlicet, omnes pecudes carosæ supra annum, tàm montones, quàm ciauarij, omne caput eorum intelligatur ouis, omnes cordeschi, & primaticij massariæ eant sub matribus, absque alio computo. Castrati supra duos annos

nos numerentur duo pro tribus ouibus, cum regalijs trium equarum cum bastis pro quolibet milliare ouium cum suis fornimentis, funibus, securibus, saccis, retibus, cupellis, canibus, & similibus massaritijs, quæ reperiuntur in esse ad vsum massariæ: quæ equæ sortiantur ex omnibus equabus massariæ: &, quando tot non essent, venditor teneatur eas emere, vel consignare tot bona recipientia, & æquiualentia. Et, si vendatur omnis massaria, gregarius non debeat habere equam, sed sit emptoris, &, si vendatur pars massariæ eiusdem massaritiæ, intelligatur pro rata, vt supra. Item pecudes, quæ venduntur de mēse Septembris ad vsum Artis, sic intelligatur, omnes pecudes carosæ supra annum, tàm montones, quàm ciauarij, omne caput intelligatur ouis, omnes primaticij, & vernarecij reperti in massaria eant cum matribus absque alio computo. Castrati numerentur, vt supra, cum regalijs, vt suprà. Item pecudes, quæ venduntur cum eodem pacto ad vsum Artis, quando introirent in expensis hybernis, tàm ante, quàm post Natale, ita intelligatur, omnes pecudes, montones, ciauarij, & castrati, vt supra, præter primaticios à matribus separatos, numerentur tres pro duobus, cum regalijs, vt supra. Et omnes vernarecij, & cordeschi, reperti in massaria, eant sub matribus absque alio computo: nec teneatur emptor aliquas expensas, tàm ratione herbarum, quàm alia quauis de caussa factas bonas facere venditori, sed ab eis liber remaneat, & absolutus, nisi aliter inter partes conuentum fuerit: & tunc pacta seruentur. Porci verò aggrossentur iuxta conuentiones, inter venditores, & emptores fiendas.

In omnibus autem venditionibus supradictorum, & aliorum quorumcumque animalium, liceat emptori facere refutum ad rationem decem animalium pro quolibet centenario similium animalium: quod refutum etiam aggrossetur, & tria animalia aggrossata pro duobus aggrossatis numerentur: & tàm venditor, quàm emptor, teneatur dictum refutum, taliter aggrossatum, tradere, & recipere respectiuè: quibuscumque non obstantibus.

AN-

ANNOTATIONES.

a Faciant integrum par.] Quia, sicut ancilla propter ventrem, ita vacca propter fœtum non est pretiosior, glos. & ibi Add. in margine, in l. in lege Falcidia placuit, quæ est nona, in verbo distinctio, ff. ad leg. Falcid.

De animalibus deperditis [a], applicatis inter bestias alienas. Cap. LXXXV.

ITem, quòd, si aliqua bestia grossa, vel minuta alicuius, quæ deperdita esset, aut quomodolibet vagans accederet, & applicaretur inter bestias alterius cuiusuis patroni, ille, cuius essent dictæ bestiæ, ad quas dicta bestia applicaretur, teneatur, & debeat dictam bestiam vnam, seù plures, ac tot, quot fuerint, cum merchis [b], vel alijs manifestis signis, quæ haberent, in Curia dictorum Consulũ asignare infra octo dies immediatè sequentes ab applicatione huiusmodi: & ex tunc, quotiescunque reperiretur patronus possit custodiam petere pro eadem, vel eis, pro toto eo tempore, quo dictam bestiam, seù bestias retinuerit [c], ad illam rationem, quo dantur aliæ bestiæ ad hyemandum: aliàs teneatur illam, seù illas, cum omni fructu, & melioramento, patrono, seù domino, resignare, absque solutione fidæ, siuè herbarum, quam petere non possit, nisi à die, quo in actis notificationem fecerit, licèt fecerit post dictos octo dies, quandocumque: possitq. etiam dominus tenimenti, siuè herbarum, si infra quindecim dies dominus animalium non apparuerit, dicta animalia in Cõsulatu effectualiter asignare, quæ per Curiam vendi debeant: & satisfacto damno, vel fida, residuum pro domino, si quando apparuerit, reseruetur.

ANNOTATIONES.

a De Animalibus deperditis.] An autem de Iure possim animal deperditum, & aberrans occupare, & inter meos applicare, vide Menoch. in tract. de Recup. Remed. 9. nu. 283.

b Cum merchis.] Quia per merchum, & stigma cognoscitur animal, cuius sit, c. si Iudex de sent. excom. lib. 6. l. pen. §. pen. C. de Aquæduct. l. 11. l. 1. in fin. ff. de ser. fugit. l. stigmata, & ibi Luc. de Penn. C. de Fabric. l. 10. Bal. in l. 1. C.

quæ res pign. vend. poss. sicut etiam per metchum recognoscuntur Ballæ Mercatorũ, prout latè probat Cassan. in Catalog. glor. mund. part. 1. concl 35 fol. 148 & cognoscuntur Arbores venditæ, cuius sint, l. quod si neque, ff. de Pericul. & com. rei vend Boer. decis. 105 nu. 9. Mascard. qui multa de istis merchis ponit, de probat conclus. 91. lib. 1. & 160. eod. lib. 1. cui addo Bertazzol. cons. crim. 508. nu. 2. & 3. lib. 2.

c Retinuerit.] Idem de Iure communi, quo potest animal retineri ratione alimentorum, quæ versa sunt in eius vtilitatem, l. si non, §. centum, ff. commod. Alciat in l. sylua, § pascua, ff. de Verb. signif.

a *De vsu, & consuetudine bonæ soccitæ* a. Cap. LXXXVI.

ITem, quòd in soccitis animalium tàm Roman. quàm aliorũ districtualium Vrbis, quæ in soccitam dantur, & recipiuntur ad vsum, & consuetudinem bonæ soccitæ, talis vsus, & consuetudo b semper intelligatur, qui debeat in huiusmodi soccitis seruari, etiam si in instrumento dictæ soccitæ non fuisset expressus, videlicet, quòd ille, qui soccitam receperit, teneatur, & debeat, cum omni cura, & omni bona diligentia, & solicitudine, animalia, quæ in soccitam habuerit, custodire, seù custodiri facere, & gubernare, ita, quod sui culpa, negligentia, vel defectu damnum aliquòd non incurrant; &, si secus fecerit, teneatur, & debeat de suo proprio omnem damnum, quod inde euenerit, & reficere, & emendare c. Si autem, adhibita diligentia per eundem, & eius culpa, & defectu cessantibus d, damnum aliquod eueniret, & maximè in perditione, vel amissione animalium dictæ soccitæ, vel eorum partis, quod damnum ipsum de communi dictorum dantis, & recipientis dictam soccitam habeat refici, & emendari, ita, quod dicta soccita totaliter eorum communibus expensis reintegretur: quod si aliqua dictarum partium facere cessauerit, teneatur ille, qui id facere obtulerit, pro parte sua ad refectionẽ omniũ dãnorum, expensarum, & interesse, in quibus incurrerit, aut faceret occasione prædicta: verũ, si aliqua dictarũ partiũ propter impotentiã dictã soccitã reintegrare nõ posit, quod tũc ad prædicta nõ teneatur, sed tantùm teneatur, & debeat reficere damnum alteri parti, prout discretioni Consulum videbitur. Quidquid au-

autem vtilitatis, & commodi, atque lucri in dictis soccitis venerit, vel fieret durante tempore dictæ soccitæ, totum, intrantem soccitam, & recipientem, communiter debeat pro rata parte sortiri c. Præterea in soccitis boum tempore dationis dictarum soccitarum boues cum vomere, aratro, bura, & iugo, atque concerijs, & palearijs debeant in soccitam assignari: quidquid autem deinde prædictorum defecerit, debeat per illum refici, qui soccitam receperit: & omnia ea, quæ ex prædictis inuenirentur, tempore diuisionis soccitæ memoratæ diuidatur in soccita communiter inter eas. In soccitis verò vaccarum, & bubalarum, si tempore dationis dictæ soccitæ animalia masculina fuerint inter eas, debeant in dicta soccita teneri, donec efficiantur annotini: cum ad tempus peruenerint, in quo annotini dicãtur, vendi debeãt, & de eorũ pretio alia animalia eiusdẽ generis fęminina emãtur: quę in soccita huiusmodi reponantur. Et, quod dictum est de dictis animalibus vaccinis, & bubalinis, similiter intelligatur de iumentis pullos habentibus inter eas: qui pulli cum ad perfectum tempus extractionum peruenerint, similiter vendi debeant, & de eorum pretio emantur animalia fęminina, & in soccita iumentorũ huiusmodi reponantur: finito verò tempore dictæ soccitæ, omnia dicta animalia, quæ in eadem soccita reperirentur, cum omni eorum augmento, commodo, & vtilitate inter dantem, & recipientem dictam soccitam, communi debeant portione sortiri f, fraudibus, & quibuscumque deceptionibus omninò cessantibus inter eos: & quod soccita porcorum durare debeat per annos tres, soccita vaccarum, & bubalorum per annos quinque, soccita equarum per annos quinque g, soccita boum per annos quinque, soccita caprarum per annos tres, soccita pecudum, soccita apum, vel alucorum per annos tres, nisi aliter inter partes conuentum fuerit.

ANNOTATIONES.

a De vsu.] De soccitis animalium ponit Host. in summ. de vsur. §. aliquo casu, vers. quod de ijs. Specul in tit. de locat. §. iam dicendum, vers. si autem, & vers.

vers illud, Bal. & Salic. in l. 1. C. pro Soc. Franc. Marc. q. Delfin. 886. lib. 1. Corn. in Repet. l si pascenda, C. de pact. vbi latissimè, an, & quando valeat talis soccita, de quo vide etiam Petr. de Vbald in tract. de duob. Fratrib. per totum.

b Et consuetudo.] Quæ semper est seruanda in huiusmodi soccitis, Bald. in l. 1. C. pro Soci. & in l. 1. C. de Fruct. & lit. exp. Francisc. Marc. q. 886. n 6. lib. 1. Summ. Siluestr. in verbo Societas 2. num 6. vers. 2.

c Et emendare.] Quod est etiam de Iure communi, vt not. in l cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro soc. Doct. communiter in l. si pascenda, vbi Bal. Salicet. Alex. & Dec C. de pact. Corn. cons. 108 per totum, lib. 1. Petr. de Vbald. in trac. de duob. Fratrib. 8. par. principali, q. 1. Moder. in tract. de societ. off. c. 23. nu. 6.

d Cessantibus.] Quod probare debet socius, l si quis domum, §. Imperator, ff. locat. vbi Bal. tenet, quod, si pecudes subripiantur à latronibus, non sit periculum ipsius, Alex. in l quoad præsens, C. de Murileg. l. 11. Corn. d. cons. 108. lib. 1. Idem, si dimiserit equum in pascuis, iuxta id quod solitum est fieri, quem postea lupi comederunt quod non teneatur, dixit Bald. in l 3. C. de Episcop. Aud. Franc. Marc. d q. 886. nu 7. Cæpoll. de seruit. Rust præd. c. 9 tit. de Seruit. Iur. pascend. nu. 47. Moder. Tudert. in tract. de locat. par. 2. tit. de boue in pasc. dimiss. latè Mascard. de probat. in conclus. 265 lib. 1.

Et è contra, de eo, qui dimisit equum ad bibendum sine custodia, qui de rupe cecidit, quod teneatur, probat Ludou. decis. perus. 10 per totam par. 1. An autè per præsentationem corij probetur Animal perijsse diuino iudicio, vide Alex. cons. 158. per totum lib. 2. quod est repetitum cons. 207. in l. latè Bertazzol. cons. Crim. 406. nu. 9. lib. 2.

e Pro parte sortiri.] Et hoc modo iusta, & licita societas est, secundũ Nauar. in summ. c. 17. nu. 160. & 161. vbi latè qnando tales societates super animalibus licitè contrahantur, de quo vide latè per Siluestr. in sua summ in verb. societas secundo, per totum, Ang. de Caluas. in verbo societas 2. vbi plures casus distinguit.

Sortiri.] Nisi forte aliter conuentum sit de capitali saluo, Rot. Genuen. decis. 159. Franc. Marc. q 887. nu. 10. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 10. nu. 9. par. 1. Quæ conuentio semper fuit iniusta, & hodiè prohibita est ex Bulla Sixti Quinti, in ordine 46. incip. detestabilis, vbi generaliter omnes pactiones, in quibus capitale remanet saluum, reijciuntur; aduerte tamen quod dicta Bulla de mente eiusdem Sanctissimi fuit declarata in sacra Pœnitentiaria, vt non habeat locum in casibus, in quibus talis societas de Iure contrahi potest, & ita mihi fuit relatum.

g Per annos quinque.] An autem finito quinquennio dicatur finita societas? dic, quod non, nisi fiat renuntiatio, Decian. cons. 60. num. 30. lib. 2. Cephal. cons. 475 nu. 19. & 20. lib. 4. vbi nu. 29. & 41. tenet, censeri renouatam stante continuatione negotiationis.

Et, quod soccita per aliud quinquennium, censeatur renouata, tenet Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratr. in 5. p. princ. nu. 29. vbi latè.

Et, quod soccitæ etiam de Iure communi ita durare debeant, prout disponitur in hoc Statuto, Summa Ang. in verbo societas, secundo. num. 5. dicit, esse tex positum in extrauag. quæ sunt in fine decimæ coll. Feud. de quo etiam mentionem facit Sum. Siluestr. in verbo, Societas secundo, nu. 6 vers. 3. quem tamen textum, vt verum fatear, non reperio in lib. meo.

a *De soccitis renuntiandis* a. *Cap. LXXXVII.*

ITem, quòd ille, qui soccitam, vel melioramentum receperit, illam, vel illud renuntiare non debeat, nec posſit, sed pro toto eo tempore, quo receperit, teneatur, & debeat, sine contradictionis obstaculo, retinere [b], nisi in casibus infrascriptis, & quolibet eorumdem, videlicet aut propter longam infirmitatem, aut paupertatem, vel capturam personalem, seù mortem, aut inimicitiam illius, qui dictam soccitam receperit, siuè bellum, quod in partibus oriretur. In quibus casibus, & quolibet eorum, liceat illi, qui dictam soccitam habuerit, & eius heredibus dictam soccitam renuntiare, si voluerit. Et sic ille, qui dictam soccitam dederit, teneatur, & debeat ad dictã renuntiationem admittere, & soccitam recipere penès se: qui non posſit, durante tempore, vllo modo à retinente inuito soccitam huiusmodi accipere, vel auferre sine legitima causa, arbitrio Consulum prædictorum: hoc tamen addito in prædictis, quòd de paupertate, aut inimicitia dicti renuntiantis, vel bello, alijsq. causis supradictis, an sint sufficientes ad eandem renuntiationem, an non, stetur declarationi, & discretioni Consulum dictæ Artis. Et, si dictis Consulibus dictæ causæ non viderentur sufficere ad prædicta, tunc ad renuntiationem dictæ soccitæ, socius renuntiare volens nullatenus admittatur, prouiso, quod renuntiando soccitam, vel quouis modo ad diuisionem illius nondum finito illius tempore legitimè veniendo, inter eos debeat fieri taliter diuisio animalium in soccitam datorum pro rata temporis, animalium verò natorum tempore soccitæ, & ea durante, pro medietate.

ANNOTATIONES.

a De soccitis renuntiandis.] An autem posſit fieri pactum de numquam renuntiando societatem, vide latè congesta per Francisc. Castracan. in tract. de Societat. off. c. 47. vbi negatiuè concludit.

b Retinere.] Alias tenetur actione pro socio ad interesse l. actione, §. item sciendum, & §. Labeo, ff. pro soc. l. sed socius, §. fin. ff. eod. Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. par. 11. nu. 8. & seqq. vbi latè, quando, & ex quibus causis soccita posſit renuntiari. & in specie, quid, si is, cui soccita renuntiatur, sit absens, an foetus, & animalia quæsita post renuntiationem, ante tamen, quam ad eius notitiam talis renuntiatio perbenerit, acquisita, sint communicanda.

De

De alternatiuis, & dilationibus quibuscumque non obseruandis. Cap. LXXXVIII.

ITem, quoniam, licèt Ars nostra varijs, & diuersis infortunijs è cœlo prouenientibus subiacet, quibus mercatores sæpius coguntur illam relinquere, nihilominus maiora patitur incommoda, propter malorum hominum commercium, nolentium pretium rerum ad Artem pertinentium, sub prætextu prætensæ paupertatis, & fallimenti, satisfacere: quapropter mercatores non solùm coguntur artem deserere, sed ipsi paupertate premuntur, vt ferè non habeant, vndè vitam quærant: & ex his incommodis agricultura non exercetur, & caritas annonæ efficitur, iam per tot tempora experti sumus. Volentes igitur, quantũ possibile, incõuenientibus huiusmodi obuiare, & vnicuique, quod suum est, tribuere, statuimus, & ordinamus, quòd de cętero nullus macellarius, fornarius, pizzicarolus, portitor grani, vel fachinus, aut quæuis alia persona, cuiuscũque gradus existat, pro soluendo pretio de rebus emptis ad Artem pertinentibus, possit, & valeat aliquam alternatiuam quinquennalem, aut cessionem bonorum [a], moratoriam, significationem, salinariam, aut quamuis aliam dilationem, & saluum conductum, à quauis persona potestatem habente, impetrare, & contra mercatores, & homines Artis nostræ pretio rerum ad Artem pertinentium vti, seù impetratis, vel impetrantibus vti valeant, sed contra tales huiusmodi alternatiuas, & moratorias, significationes, salinarias, & saluos conductus impetrantes, & obtinentes, ad executionem realem, & personalem pro pretio rerum ad Artem pertinentium, his omnibus non obstantibus, sine vitio attentatorum, & incursu pœnarum, in dictis dilationibus forsan expressarum, procedi possit. Et, si Consulibus videbitur pro obseruatione, & manutentione præmissorum, ac omnium Statutorum huiusmodi Artis Magnificos DD. Vrbis Conseruatores adire, eisq. desuper omnibus auxilium petere, Dominiq. Conseruatores sub pœna notæ infamiæ, tamquam reipublicæ desertores [b], teneatur, & debeant eorum

brachio prædicta omnia, & singula, sententias, Statuta ab omnibus contrafacientibus attendere, & obseruare facere, prædictis alternatiuis, moratorijs, significationibus, salinarijs, & cęteris dilationibus non obstan. Nihilominus, volentes etiam pauperibus personis, quæ propter aliqua damna fatalia ad extremam inopiam peruenerunt, succurrere, statuimus, & ordinamus, si aliqua persona aliquod debitum de rebus pertinentibus ad Artem cōtraxerit [c], & postmodum dāna fatalia [d] passa fuerit, & ad beneficium miserabilibus personis concessum; videlicet cessionis bonorum, aut termini quinquennalis conuolare velit, possit, & valeat ad Consules Artis, pro tempore existentes, accedere, & pro rebus pertinentibus ad Artem ad huiusmodi beneficiū se admitti petere: tunc Consules ad partis petentis instantiam, talem comparentem, & se ad beneficiū huiusmodi admitti petentem, iuxta formam Statutorum Vrbis, & alias iuris regulas, admittere debeant, & teneantur: præmissis, cæterisq. contrarijs non obstantibus quibuscumque. Et, si fortè aliquis quauis auctoritate ad huiusmodi beneficiū per alios iudices admissus fuerit, talis admissio pro rebus pertinentibus ad Artem nihil operetur, sed contra eos procedatur, vt supra: quibuscumque non obstantibus.

ANNOTATIONES.

a Cessionem bonorum.] Hæc tamen cessio non irrogat infamiam Iuris, sed benè facti, vbi maximè fit cum vituperio, l. debitores, vbi Castr. C. ex quibus causs. Infam. irrog.

b Desertores.] An autem isti desertores Reip. sint infames de Iure? Dic, quod non, l. neminem, secundum lecturam negatiuam, & ibi Castr. C. ex quibus causs. Infam. irrog.

c Ad artem contraxerit.] Vt de colono partiario qui extraxit debita cum eius domino, dicit Fulgos. in l. merces, §. vis maior, ff. locat. Angel. in tract. de Palc. col. 3. vers ad tertium respondeo. Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratrib. par 10. q. 6. nu. 10. Cremen. sing. 156. tu scis.

d Damna fatalia.] Secus igitur, si bona sua dissipasset, vel ludendo, vel meretricando, aut aliter luxuriosè viuendo, l. fin. & ibi glos fin. com. approbata, ff. quæ in Fraud. credit. l. penult ff. de Iur. dot. l. si quis dolo. in princ ff. de re Iud. Rot. decis. 83. not. quod vbi Monachus in fin. in Antiq. latè cum ibi citat. Brun. in tract. de Cess. bonor. q. 28. 4. q. principalis, & q. 33. eiusdem 4. q.

prin-

principalis, vbi de colono, & quid eum impediat, ne ad cessionem bonorum admittatur, de quo est etiam Stat. Vrb. lib. 1. cap. 161. & Motus Proprius Pij V. secundum quem in talibus cessionibus super est procedendum.

In quibus caussis locum sibi vendicent præsentia Statuta. *Cap.* LXXXIX.

ITem, quoniam leges futuris negotijs dare formam consueuerunt, statuimus, quòd huiusmodi statuta seruentur in caussis, & casibus in futurum emergendis [a]: præterita enim negotia, etiam quæ nondum in iudicio deducta sunt, secundùm iuris, & antiquorum Statutorum dispositionem decidi, & terminari volumus, & mandamus.

ANNOTATIONES.

a In futurum emergendis.] Idem de Iure communi, cap. fin. extra de Const. vbi vide Felin. qui latè hanc materiam explicat, quando Constitutio futura respiciat, & non præterea, cum quarta Ampliat. ex 10. limit. vide Alex. in l. omnes populi, col. 8. ff. de Iust & Iur. & in cons. 89. lib. 3. Et not. inter aliàs hanc limit. quod, quando constitutio est Iuris veteris declaratoria, tunc respicit etiam præterita, vt tradunt omnes in d. c. vlt. vbi Felin. de communi, in 2. fall. nu. 17. Feder. de Sen. cons. 12. col. 2. vers. circa quod videmus, Gemin. qui declarat quando Constitutio dicatur Iuris veteris declaratoria in 1. ex antiquitus 54. dist. Paris. cons. 141. nu. 37. lib 4. Ruin. cons. 160 nu. 9. lib. 4. Cephal. cons 540. nu. 80. & seqq. lib. 4. Et per hanc limitationem scio pluries obtentum fuisse, & in specie de anno 1581. in Camera Apostolica coram Reuerendissimo Corcyreñ. ad Fauorem Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Card. Saluiati, Patroni, ac Benefactoris mei. Quæ tamen limitatio non haberet locum, vbi aliam appareret fuisse mẽtem statuentium, vt per Doct. comm. & præcipuè Felin. in d. c. fin. nu. 5. vers. hanc fallentiam, & ibi Imol. nu. 12. vers. nam primo extra de Const. prout de hac mente apparet in casu nostro ex appositione huius cap. ad ea quæ ponit Bolognett. in l. omnes populi, numer. 161. & 163. ff. de Iust. & iur Bursat. cons. 214. nu. 18. lib. 2. D. Vincent. Honded. Eugubinus, & aduocatus Perusinus eruditissimus, in cons. 6. nu. 26.

PRIVILEGIA
PRO ABVNDANTIA
Rei frumentariæ, & Agriculturæ exercendæ.

SVMMARIVM.

Exordium.

I. *Sixtus IV. licentiam omnibus concesſit arandi &c. prout hic enunciatur.*

II. *Differentias præmiſſorum occaſione oriundas præcipit per Iudices deputatos cognoſci.*

III. *Iulius II. innouauit d. conſt. Six. IV.*

IV. *Baronibuſq; & alijs mandauit ne interdicerent eorum ſubditis delationem frumẽtorum ad Vrbem, neq; illos inducerent ad venden. eis, vt carius ipſi reuenderent.*

V. *Hic modo Pont. dict. Six. IV. & Iulij II. Bullas cõfirmat, & extẽdit.*

VI. *A repreſalijs, & moleſtationibus pro debitis cultores eximit, & tractas concedit.*

VII. *Locationibus ad longum tempus renunciari poteſt.*

VIII. *Romaniq; & Incolæ forenſibus præferuntur.*

IX. *Inhibitio contra moleſtantes eos.*

X. *Prohibitiones Iul. II. contra Dominos, & Barones &c. innouat.*

XI. *Executores huius Conſtitutionis.*

XII. *Clauſulæ derogatoriæ.*

XIII. *Forma publican. hanc conſtitutionem.*

Dat. die 20. Feb. 1524. P. A. I.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD ſacram Beati Petri Sedem, meritis licèt imparibus, Diuina diſpoſitione vocati, continua meditatione vrgemur, vt iuxta commiſsi nobis paſtoralis officij debitum circa ea, per quæ Almæ Vrbis noſtræ, in qua ſedes ipſa dignoſcitur collocata, proſperitati, illiuſque Incolarum, & ad eam confluentium perſonarum commodo, & neceſſitati oportune conſuli poſsit, ſolicitis ſtudijs intendamus, ac Incolarum, & perſonarum earundem diſpendijs, congruentibus remedijs occurramus, prout temporum qualitate maturè penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

1 Sanè, licèt dudùm fel. rec. Sixtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter attendens, quòd à pluribus tunc retroactis annis, omnis regio dictæ Almæ Vrbi finitima frequenter habuerat ſteriles frumenti, & bladorum prouentus, cum graui populorum in

in ea degentium iactura, & afflictione; & considerans, id præter, & vltra cæli naturalem cursum, & dispositionem, potissimè etiam prouenire ex raritate culturæ agrorum, qui propter aliquam fortè maiorem vtilitatem indè prouenientem eorum domini potius seruabantur inculti, vt essent in pascua animalibus brutis quàm colerentur, aut coli sinerentur in alimentum, & sustentationem hominum, per suas literas statuerat, & ordinauerat, quòd ex tunc, deinceps perpetuis futuris temporibus liceret omnibus, & singulis agros arare, & colere volentibus, in prædictæ nostræ Vrbis territorio, & patrimonij Beati Petri in Tuscia, ac Campaniæ maritimæ, rumpere, & arare, ac colere, alias debitis, & consuetis temporibus, tertiam partem vniuscuiusque tenimenti, seù tenutæ, quam eligendam duceret, tàm ad quæuis Monasteria, Capitula, seù aliàs ecclesias, & pia loca, quàm ad quasuis priuatas, & particulares personas, cuiusuis status, vel condicionis spectantes, & pertinentes; petita tamen, licèt non obtenta, eorum, ad quos spectaret, licentia: dummodo Iudicum tunc desuper deputatorum, seù alicuius eorum auctoritas interueniret. Et mandauerit propterea omnibus, & singulis tenimentorum, seù tenutarum huiusmodi Dominis, tàm ecclesiasticis, quàm secularibus cuiusuis status, vel condicionis existerent, & quauis dignitate præfulgerent, vt absque vlla prorsus resistentia finerent omnes, & singulos colere volentes, tenutas ipsas pro eorum arbitrio, & voluntate, iuxta Statuti huiusmodi tenorem, & formam, rumpere, & arare, nullum omnino eis, aut alicui eorum, vel ipsorum famulis, & ministris, per se, aut alios impedimentum, aut molestiam inferentes.

2 Volueritque, tàm super tempore rumpendi, quàm super electione tertiæ partis huiusmodi tenutarum, quæ arari deberet, ac responsione pro arata, & culta parte dominis facienda, & super alijs quibuscumque differentijs, & controuersijs, si fortè aliquas differentias, seù controuersias super ijs quouismodo oriri contingeret inter eos, qui arare, & colere vellent, & quorum tenutæ ararétur, præcipuè super damnis, & interesse, si quæ forsan illo primo anno prætendere possent prædicti domini tenutarum, seù eorum cóductores se ex insperato eorum cultu pati, vtraque pars, præfatorum Iudicum, aut duorum ex eis iudicio, & determinationi stare, & acquiescere teneréturneque possent, aut deberent, se mutuò super huiusmodi, aut quibusuis alijs differentijs ex huiusmodi Statuti tenore quouismodo prouenientibus coram quibusuis alijs iudicibus conuenire, aut iudices ipsi, quacumque etiam potestate, & auctoritate fungerentur, eos audire, vel se de ipsis controuersijs impedire: & si secus forsan actum foret, id totum irritum, & inane, ac nullius roboris, vel momenti esse decreuerit.

3 Et deinde piæ memoriæ Iulius Papa Secundus etiam prædecessor noster, literas prædictas per quasdam innouauerit, & quamuis ex prouisione sua huiusmodi plurimi agriculturæ se dedissent; & in territorio dictæ Vbis, & alijs locis circumuicinis magna frumenti, & aliorum bladorum quantitas colligeretur, & ex illa dictæ Vrbis necessitatibus abundanter subueniri posset.

4 Quia tamen Barones, & Domicelli dictæ Vrbis, domini temporales Oppidorum circũuicinorum eorũ subditis, ne frumentum, & alia blada ad dictã Vrbem deferre præsumerẽt, interdicebãt & ab eisdẽ subditis, qui non sine magnis sudoribus illud recolligerẽt, vili pretio habere, illudque eis cũ frumẽtum alijs carius vendidisset, persoluere nolebãt, ab agriculturę huiusmodi laudabili, & pernecessario exercitio, in animarum suarum periculum, & incolarum Vrbis, & Curialium huiusmodi nõ modicũ præiudicium, & grauamen, desistere compellebãtur: Idẽ Iulius prædecessor,

for, Motu proprio, & ex certa scientia, per alias suas literas, omnes, & singulos Barones, & Domicellos Rom. ac quascumque alias personas tàm ecclesiasticas, quàm seculares, oppida, terras, & villas infra quinquaginta milliaria à dicta Vrbe possidentes, ab eorum subditis frumenta, & blada, præterquam pro vsu, & necessitate victus domus eorum, emere, & ad dictam Vrbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca, quàm ad eandem Vrbem, absque speciali sua, seù Cameræ Apostolicæ sibi nota licētia deferre præsumentes: ac in præmissis auxiliū consiliū, vel fauorē, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, præstātes cuiuscūque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel cōditionis, etiāsi Cardinalatus honore fulgentes, forēt, requisierit. & monuerit: eisq. districtè præcipiendo mādauerit, quatenus infra quindecim dierū spati, ū postquam posteriorum literarum prædictarum notitiam haberent, videlicet Communitates, & Vniuersitates, ac Barones, & alij in præmissis, auxilium, & fauorem præstantes ab emptionibus, & prohibitionibus, ac interdictionibus huiusmodi, ex tunc deinceps penitus, & omnino desisterent: Aliòquin, lapsis dictis quindecim diebus, Barones, ac Communitatum, & Vniuersitatum singulares personas, & alios, auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, ex tunc, prout ex ea die, & econtra, excommunicationis sententiam, à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice, & facta de eo speciali, & expressa mentione, præterquam in mortis articulo constituti, & præuia satisfactione, absolui nequirent, innodauerit: Archiepiscopos verò, Episcopos, & alios Prælatos suspenderit à diuinis: Et nihilominus, si aliqui ex prædictis Baronibus, & alij, Ciuitates, Oppida, & Terras, in feudum, seù Vicariatum, aut aliàs quouis titulo obtinentes, lapsis alijs ex tunc sequentibus quindecim diebus à præmissis non desisterent, dominio dictorum feudorum omnino, & penitùs priuauerit, fiscòque Apostolicæ Cameræ applicuerit: & eorum Ciuitates, Terras Oppida, & Villas Ecclesiastico subiecerit interdicto ipso facto, quod nisi præuia satisfactione relaxari, per alium, quàm per ipsum Iulium prædecessorem, interdixit, & prohibuit. Si verò vltra semestre dictos vltimos quindecim dies immediatè sequentes in eorum prauo proposito, & duritia obstinatè perseuerando mandatis suis huiusmodi non parerent, sed parere contemnerent, ex tunc ipso iure omnibus, & singulis Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Villis, feudis & iuribus, quæ à Romana, & alijs Ecclesijs, aut aliàs obtinebant, vel recognoscebant, eadem auctoritate priuauerit, & ad illa, & alia obtinenda perpetuò inhabilitauerit, priuatosque & inhabiles esse, ac Ciuitates, Oppida, Terras, Villas, & iura huiusmodi Cameræ Apostolicæ pleno iure incorporata decreuerit, & declarauerit, prout in eisdem literis plenius continetur.

5 Et in ipsa Vrbe in præsentiarum propter multiplicationem, & augmentum illius Incolarum, & habitatorum, maior copia frumenti, quàm antea, notoriè sit necessaria; nihilominus exercitium artis agriculturæ, & colendorum agrorum huiusmodi, in Regione dictæ Vrbi finitima, &. illius territorio prædictis, vltra medietatem, ab eo, quod ante viginti annos existebat, diminutum fuerit: & cultus exercendæ agriculturæ huiusmodi, etiam docente experientia rerum magistra, propter multitudinem Vaccarum rubearum in eodem Territorio existentium, in dies prætermittatur, & ars ipsa quodammodo pereat, quo fit, vt in dicta Vrbe frumenti penuria inualescat: Nos, considerantes Terram præfatæ Vrbi finitimam, qua illius domini ad pascua multorum animalium vtuntur, sub isto cælo fœcundam existere: & conuenientius fore, vt Terra ipsa vomere, & aratro scindatur, & aretur, ac potius semen ex ea

ad

ad vsum hominum, quàm fœnum, quod sua sponte ad vsum animalium produxit recolligatur: & quod ex cultu agriculturæ huiusmodi homines ad laborem nati in exercitio honesto se poterunt exercere, & aer salubrior reddetur, & non solum dictæ Vrbi, & illius Incolis, & Curialibus, ac cæteris hominibus in Terris S.Rom Ecclesiæ subiectis de frumento necessario prouideri, verum etiam illud per mare ad alias nationes grano indigentes deferri poterit. Ac propterea volentes artem Agriculturæ, & colendorum agrorum huiusmodi in pristinum statum restituere, ac rei frumentariæ in dicta Vrbe opulentiæ prouidere, & futuræ illius penuriæ obuiare, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, literas Sixti, & Iulij prædecessorum huiusmodi, ac in eis contenta quæcumque, ita, vt tertia pars omnium tenutarum, & possessionum, & Casalium, tàm in territorio, & Patrimonio, ac Campania maritima prędictis, quàm circa Vrbem infra viginti milliaria consistentiũ, tàm ad Ecclesias, Monasteria, & Hospitalia quęcumque, ac Cameram Apostolicam, quàm Barones, Domicellos, & Ciues Romanos, ac forenses, cuiuscumque dignitatis, & conditionis, etiam si Prælati, Commendatarij, vel etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerint, aut eorum domini quacumque alia dignitatē, tàm Ecclesiastica, quàm mundana, & temporali fulgeant, quômodolibet pertinentium, absque vlla exceptione, vel prohibitione, singulis annis pro frumentis ferendis, & recolligendis, scindi, arari, & coli posit, & debeat, à die publicationis præsentium liceat vnicuique tenutas, possessiones, & Casalia prædicta, ad tenutas, & possessiones ipsas, pro futuro anno rumpendum, & colendum ingredi. Sic tamen, quòd, si domini earumdem tenutaram, & possessionum illas pro dicta tertia parte colere, vel per alios coli facere voluerint, dummodo frumenta in illis recolligenda ad dictam Vrbem deferantur, non liceat alijs in eorum Casalibus aliquid innouare, aut illorum possessiones colere, sed eisdem dominis tenutas, & possessiones ipsas colere nolentibus, liceat alijs Ciuibus, vel Mercatoribus Vrbis habitatoribus, vel quibusuis alijs personis, tertiam partem tenutarum, & possessionum huiusmodi, in quolibet Casali, pro eorum arbitrio, & vbi eis melius videbitur, absque aliqua prohibitione, & impedimento, sub pœna quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum, pro qualibet vice per prohibentes, vel impedientes eo ipso incurrenda, rumpi, arari, & coli facere, Ita, vt Cultores ipsi cum dictis possessionibus pasculare pro pascendis Bobus laborantibus necessarium habeant, & laboratores illo indigentes, easdem possessiones pro pascularibus reseruatas quolibet anno à principio Mensis Augusti custodiri, & culturas eligendas in principio Mensis Ianuarij, vel post, prout eisdem commodius, & opportunius videbitur, rumpi, & arari facere possint. Nec pro intratura pro rubro terræ aliquid, vel tantum pro quolibet rubro terræ laboratæ in pecunia, sed solum, & dumtaxat de tenutis, possessionibus, & Casalibus infra octo milliaria ab ipsa Vrbe consistentibus, quintam partem frumenti, vel bladorum recollectorum in dicto territorio fideliter, & more boni Coloni in frumento bono, & recipienti, ac mercantili, arbitrio Consulum artis, soluere teneantur. Et pro tenutis possessionibus, & Casalibus in eodem territorio ab octo milliaribus vltra distantibus ab Vrbe vsque ad quindecim, vel sexdecim milliaria, similiter de septima parte frumenti recollecti pro quolibet rubro, modo, & forma præmissis, respondere debeant. Sic tamen, quòd sub tenutis, & possessionibus

prædictis non comprehendantur, nec comprehensa censeantur, quoad responsionem septimæ partis fructuum, tenutæ, & possessiones in Latio, & Campania maritima consistentes, pro quibus, propter faciliorem earum culturam, & multitudinem laboratorum, de quinta parte fructuum respondetur, & in quibus consuetudo hactenus seruari solita seruetur. Et, si contingat illas per aliquos præsentium vigore laborari, responderi debeat modo præmisso, ac pro tenutis, & possessionibus vltra dicta sexdecim milliaria, citra, & vbicumq; consistentibus, (dummodo non sint loca vicinia fluminum Tiberis, in quibus consuetudo loci quo ad responsiones seruetur) Cultores illorum dominis eorum decimam partem frumenti, & bladorum, quæ in illis sic cultiuatis, & laboratis excreuerint, respondere teneantur: exceptis dominis illarum eas colere volentibus, qui alijs præferantur, dummodo blada ipsa etiam illa, de quibus daretur tracta, ad Vrbem prædictam deferantur, ac per flumen, & fauces Ostiæ extrahantur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, ac vim, & vigorem perpetuò habere, viribusque subsistere, & obseruari debere decernimus.

6 Et nihilominus pro potiori cautela, præmissa omnia, de nouo, modo supradicto, ac quòd Cultores præfati cum animalibus, bobus, & eqnabus necessarijs ab omni repre salici receptione, & retentione, tàm in Vrbe, quàm extra liberi, & exempti existant, nec occasione alicuius debiti, vel obligationis, etiam in forma dictæ Cameræ, & Ripæ, & Ripettæ, molestari, capi, pignorari, nec eorum animalia, vel frumenta tolli, pignorari, seù auferri possint. Et, quotiescumque pretium frumenti in præfata Vrbe non excedet decem, & octo iulios pro quolibet rubro ad mensuram maiorem, pala battuta nuncupatam, debeat dari cuilibet Mercatori tracta quinquaginta rubrorum pro quolibet aratro, cum solutione tractæ duorum Iuliorum pro rubro, & non vltra, de quibus vnus iulius cum dimidio dictæ Cameræ, medius verò iulius pro quolibet rubro militibus Sancti Petri cedat. quæ quidem tracta dari debeat pro vna tempore recollectionis frumentorum, & pro alia medietatibus in festo Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & interim tractæ dari non debeant alijs, donec ipsi eorum frumenta vendiderint, vel nauigio ad alia loca deferri fecerint. Possint tamen dari tractæ per ad id deputatos pro maiori summa, quando esset maior abundantia, eorum arbitrio, ita, quod in Vrbe ipsa propterea penuria non proueniat, iuxta voluntatem nostram, & successorum nostrorum Rom. Pontificum, pro tempore existentium, & discretionem executorum infrascriptorum.

7 Ac quòd liceat habentibus locationes Casalium etiam ad longum tempus ab Ecclesijs, & Monasterijs Vrbis, vel Hospitalibus huiusmodi, renuntiare in perpetuum dictis locationibus, quas in huiusmodi euentum cassamus, irritamus, & annullamus, ad effectum præmissum, nec teneantur ad solutionem alicuius summæ vltra tempus, quo tenutas, possessiones, & Casalia huiusmodi tenuerunt, & illorum fructus perceperunt. Nec liceat alicui habere armentum vaccarum rubearum in dicto Vrbis territorio infra decem milliaria excedens centum, & vigintiquinque Vaccas ad plus.

8 Quòdq; in tenutis, possessionibus, & Casalibus Ciuium Romanorũ laicorum illas colere, & agriculturam exercere volentium, non possint alij forenses laborare, sed solum, & dumtaxat alij Ciues Rom. de quibus domini illorum contententur, & alij habitantes in dicta Vrbe, artem prædictam exercere volentes: dummodo tenutæ, & possessiones ipsæ pro dicta tertia parte cultiuentur, & laborentur, auctoritate, & tenore prædictis, statuimus, & ordinamus.

9 Districtius inhibentes omnibus, & singulis tenutarum, seù possessionum, & Casalium prædictorum dominis, tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus, cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel condicionis existentibus, quauis dignitate præfulgentibus, ne tenutas, & possessiones ipsas colere volentibus, seù eorum ministris, & famulis præfatis, per se, vel alium, directè, vel indirectè, impedimentum, vel molestiam aliquam inferre quoquomodo præsumerent, sed eos, absque vlla prorsus resistentia, tenutas, & possessiones prædictas, pro eorum arbitrio, & voluntate, iuxta prædictatum, & præsentium literarum tenorem, rumpere, & arare permitterent.

10 Et nihilominus præfatos Barones, & Domicellos Rom. ac quascumque alias personas, tàm Ecclesiasticas, quàm seculares cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel condicionis existentes, etiam Cardinalatus honore fulgentes, Oppida, Terras, & Villas in dicto territorio possidentes, requirimus, & monemus, eisq; districtè præcipiendo mandamus, quatenus ab eorum subditis frumenta, & blada præterquam pro vsu, & necessitate victus domus eorum, vt præfertur emere, & ad dictam Vrbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca, quàm ad eandem Vrbem, absque speciali nostra, seù Cameræ prædictæ nobis nota licentia deferre, aut in præmissis auxiliúm, vel consilium, aut fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, præstare vlterius præsumant. Alioquin, si contrafecerint, exnunc, prout extunc, & econtra, ipsos omnes, & singulos excommunicationis, suspensionis, interdicti, priuationis, inhabilitatis, applicationis, & incorporationis, ac alias censuras, & pœnas in posterioribus litteris Iulij prædecessoris huiusmodi contentis, post terminos in eisdem posterioribus litteris contentos incurrisse declaramus, ac, quidquid secus attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

11 Quocirca Venerabili fratri Antonio Episcopo Prænestinen. & dilecto filio nostro Andreæ tituli sanctæ Priscæ præsbitero Cardinali, per Apostolica scripta Motu simili mãdamus, quatenus ipsi, ac venerabilis frater noster Bernardus Episcopus Ceruisin. modernus, & pro tempore existens in dicta Vrbe Gubernator, necnõ dilecti filij Magister Philippus de Senis Notarius noster dictæ Cameræ Clericus, & Iacobus de Freiapanibus, ac Iulius Petri de Matthæis Rom. Iacobus de Ruccellarijs Florẽt. Ciuis, & illis deficientibus per eundẽ Gubernatorẽ eorum loco surrogandi, seù tres, aut plures ex eis, per se, vel alium, prædictas, & præsentes literas, ac in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dictorum colere volentium desuper fuerint requisiti, sollẽniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, singulas literas, & in eis contenta huiusmodi, iuxta illarum tenorem, quacumque recusatione, vel præterquam ad nos interposita reclamatione, non obstante, firmiter obseruari: Non permittentes eosdem colere volentes, desuper, per dominos præfatos, seù quoscumque alios quomodolibet molestari, impediri, vel perturbari. Necnon Communitates, Vniuersitates, Barones, & alias personas præfatas, auxilium, consilium, fauorem præstã̃tes, quotiens opus fuerit, excommunicatos, & à diuinis suspensos publicent, & ab alijs etiam nominatim nuntiari, & publicari, & ab omnibus Christifidelibus, donec meruerint absolutionis beneficium obtinere, arctius euitari. Et demum, etiam Ciuitatibus, Oppidis, Terris, feudis, & iuribus prædictis priuatos, & illa eidem Cameræ incorporata fore, etiam omissis sollẽnitatibus positiui iuris, instante etiam Fisci nostri Procuratore, declarent, & ad declarationom huiusmodi etiam brachio Militari, & Gentium armorum, ad nostra,

& eiusdem sanctę Rom. Ecclesiæ stipendiis militantium exequantur. Contradictores, molestatores, impedientes perturbatores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio imponendas, & realiter exigendas, ac alia oportuna iuris remedia compescendo.

12 Non obstantibus Cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac literis institutionis militum prædictorum, necnon Vrbis, terrarum, oppidorum, & villarum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, consuetudinibus, reformationibus, & decretis, priuilegijs quoque, & indultis Apostolicis, Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, ac alijs præfatis à dicta Sede forsan concessis, quæ eis quoad præmissa nolumus suffragari. Necnon pactis, & conditionibus in dictis locationibus forsan appositis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in præfatis literis voluerunt non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut, si Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, & alijs prętatis, vel quibusuis alijs, communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

13 Cæterum, ne quemquam de præmissis hæsitare, aut ignorantiam allegare forsan inposterum contingat, volumus pariter, & decernimus, quòd præsentium literarum tenor per omnia loca publica dictæ Vrbis solemniter publicari, ac præconizari debeat, Et sic publicatus, & prçconizatus, à die, qua publicatus fuerit, perinde arctet omnes, quos concernit, ac si singulis eorum personaliter intimatus fuisset. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę innouationis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M. D. XXIII. X. Cal. Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Phi. de Senis.

A. de Castillo. Ss.

II.

Iurisdictio Consulum Artis Agriculturæ Vrbis, cognoscendi caussas rerum ad Artem spectantium inter quascunque personas, & confirmatio Statutorum eius.

SVMMARIVM.

Exordium.
I. *Nouorum Statutorum editio.*
II. *Commẽdatio nobilis Artis Agriculturæ Vrbis.*
III. *Confirmatio statutorum.*
IV. *Iurisdictio DD. Consulum eiusdem Artis.*
V. *Decretum irritans.*
VI. *Clausulæ derogatoriæ.*
VII. *Solam Signaturam sufficere decernit.*
Dat. Pont. An. 1. die 9. Septembris an. D. 1566.

PIVS PAPA QVINTVS

Motu proprio &c.

PIA deuotio, & assidua cura, & diligentia, quas dilecti in Christo filij Consules, & Collegium nobilis, & antiquæ Artis Agriculturæ Vrbis erga nos, & Sanctam Sedem Apostolicam, almamque Vrbem nostram indesinenter exhibent, nos inducunt, vt, quæ ad dicti Collegij conseruationem, & augmentum fore dignoscimus, liberaliter, & Proprio Motu concedamus.

1 Cum igitur dilecti filij prædicti nuper antiquissima eorum Statuta, id vsu exigente, emendauerint, & suppleuerint, multaque etiam de nouo, quæ ad necessariam dicti collegij, ac iurisdictionis Consulum ipsius Collegij conseruationem, & augmentum necessaria visa fuerunt, statuerint, & addiderint, quæ omnia diligenter inspici, & emendari mandauimus, prout inspecta, & emendata fuerunt.

2 Nos igitur, attendentes, quòd opera, cura, diligentia, & impensa prædictorum dilectorum filiorum, Deo optimo maximo fauente, factum est, vt ciuitas nostra, quæ retroactis temporibus mari inuecto, & vndique perquisito frumento indigebat, nostris feliciffimis temporibus non solum frumento abundet, sed etiam, quod plus est, vicinis, & exteris terra marique iam agri Romani frumentum subministrari possit, prout sæpissime subministratum fuit: &, quod non minus est, aer nostræ Almæ Vrbis ex assidua agrorum cultura, syluarum, & nemorum extirpatione, paludstriumque locorum exiccatione factus est tutior, clementior, & salubrior, & considerantes, quod, qui agrorum culturæ incumbunt, non debent litibus, & per diuersa tribunalia trahi, ne fortè à cultura propter lites, dum forum prosequi cupiunt, retrahantur, ac etiam

etiam attendentes, quòd de rebus spectantibus ad artem nullus magis, quàm ipsi de Arte cognoscere, & terminare valent: cupientésque dictum Collegium, illiusque Consules, & eorumdem iurisdictionem amplioribus gratijs, & fauoribus prosequi, eosdem dilectos filios à quibuscumque censuris ad effectum validitatis præsentium absoluentes, & absolutos fore censentes.

3 Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Statuta prædicta, sicut prædictum est, reformata, emendata, & suppleta, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & emologamus, eisdemque nostrum, & Sedis Apostolicæ robur adijcimus.

4 Eaque auctoritate prædictis inter homines de Arte prædicta, deq. rebus spectantibus ad Artem iuxta eorum dem Statutorum declarationem, cuiuscumque status, gradus, & conditionis existant, etiam si Clerici, & Curiales Rom. Cur. sequentes, aut quocumque alio priuilegio muniti existant, seruari volumus, & mandamus, eosdemq. dictis Consulibus, eorumq. iurisdictioni pro rebus spectantibus ad Artem, suppetimus, subijcimus, & submittimus.

5 Et sic per quoscumque Iudices tàm ordinarios, quàm delegatos, iudicari decerni, & definiri volumus, & mandamus, sublata aliter iudicandi & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernentes quidquid in contrarium contigerit attentari. Volumus autem, quod de subreptione, & obreptione, aut intentionis defectu præsentis nostri Motus proprij quouis modo opponi possit, attento, quod Motu proprio.

6 Non obstantibus præmissis, ac quibuscunque priuilegijs, & indultis, etiam quibusuis personis, ac Iudicibus ordinarijs, siue delegatis, & Dohanerijs Almæ Vrbis respectu affidatorum damnum dantium in segetibus, & casalibus Vrbis per nos & quoscumque Romanos Pontifices editis: quorum omnium priuilegiorum, & indultorum tenores hic pro sufficienter expressis, perinde ac si de verbo ad verbum inserta, & expressa forent, haberi volumus, cęterisque contrarijs quibuscumque.

7 Et quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, attento quod in Vrbe.

Fiat Motu proprio. M.

Dat. Romæ apud sanctum Marcum, Quinto Idus Septembris, anno primo

III.

Priuilegia pro exercentibus artem Agriculturæ in districtu Almæ Vrbis, & frumenta, ac blada afferentibus ad eam. Prohibitioq; eos impediendi, vel illa vltra vsum necessarium suæ familiæ emendi.

SVMMARIVM.

Exordium.
I. *Caussæ huius Constitutionis.*
II. *Approbatio prohibitionis Clem. 7.*
III. *Declaratio d. prohibitionis.*
IV. *Exemptio deferentium blada ad Vrbem à solutione gabellarum, & aliorum onerum.*
V. *Prohibitio quidquam exigendi.*
VI. *Priuilegium eorumdem ne molestentur pro eorum debitis etiam Cameralibus veniendo, stando, & redeundo ab Vrbe.*
VII. *Priuilegium exercentium Agriculturam ne molestetur pro debitis dum colunt, vel seminant, vel colligunt frumenta.*
VIII. *Boues aratorij etc. pro debitis capi non debent, & in tacitis hypothecis non comprehenduntur, & gaudent priuilegijs bonorum dotalium.*
IX. *Executorum deputatio.*
X. *Clausulæ derogatoriæ.*
XI. *Iussio publicandi.*
XII. *Sola signatura sufficit.*
Papæ subscriptio.
Admissio in Camera Apostolica Dat. Pont. An. 1 die 11. Octobris 1566.
Publicatio.

PIVS PAPA QVINTVS

Motu proprio &c.

CVpientes pro commisso nobis Apostolico munere omnibus regimini, ac curæ nostræ subiectis populis non modo spiritualia fideliter, vt debemus, dispensare, sed in temporalibus etiam, quantum cum Deo possumus salubriter prouidere; nullam prætermittimus diligentiam pro pauperum, qui sub hoc nostro temporali gubernio viuunt, subleuandis necessitatibus, ac potentiorum oppressionibus propulsandis.

1 Hinc est, quod, cum ad rei frumentariæ negotium, quod præcipua pro eorundem pauperum sustentatione, & victu cura eget, animum nostrum intendimus summopere nobis laborandum cognoscimus, vt fraudibus, quæ in dies Annonæ à ditioribus fiunt, quo carius eam vendant, omni studio, ac diligentia prouideatur. Intelligentes itaque, non sine animi nostri molestia, diuites ipsos, ac potentes, non modo propria ipsorum frumenta, bladaque, quæ ex prædijs suis propriaq; agricultura colligunt, in horreis recondere, ac conclusa supprimere, & donec illorum pretium pro eorum auaritia adauctum conspiciant, ab omni prorsus venditione abstinere; verum etiã

à la-

à laboratoribus operarijsq;proprijs,ac etiam subditis, (si Barones sint) illud vili pretio cōparare,donec tantam vndique tritici copiam cumularint, vt pauperes,qui aliūde frumentū venale non reperiunt,necessitate ducti,ab eisdē diuitibus, & Baronibus eo pretio emere cogantur, quod venditorum ipsorum auaritia affectauerit. Quinimo eos etiam, qui ad Vrbem hanc nostram, quo vndique ex omnibus mundi partibus Christifideles confluunt, frumenta,bladaque prædicta importare cupiunt,omni via, & ratione impedire, ac retardare præsumunt, contra summorum Pontificum prædecessorum nostrorum decreta,ordinationesque, & in maximum etiam animarum suarum periculum.

2 Nos præmissis remedium aliquod oportunum adhibere omnino volentes, in primis diuites prædictos omnes, ac Barones hortamur in Domino, & monemus,vt Dei largitatem in se ipsos agnoscentes, pauperibus benigniores in posterum sese præbeant,atque ab huiusmodi detestabili frumentario quæstu prorsus abstineant, memores scriptum esse, quòd, Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Quod si propria frumenta, quæ ipsis vltra vsum eorum supersunt, debitis temporibus, prout certe deberent, vendere detrectant,at saltem ab alienorum emptione, & illicita negotiatione abstineant,& , quam Dei benignitas populis fertilitatem anni concedere dignatur, eam ipsi inuidiosè perturbare non præsumant. Quod si tam à prædictis emptionibus frumentorum, quàm ab impediendo subditos eorum, aliosque ad Vrbem Romam frumenta,bladaque omnia deferentes,in posterum non abstinuerint, sciant, se pœnas in Constitutionibus Romanorum Pontificum,prædecessorum nostrorum, præcipueque Clementis Septimi, pro abundantia rei frumentariæ, & agriculturæ exercendæ anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo quingentesimo vigesimo tertio, decimo Calendas Martij editis incursuros, quas quidem prædecessorum nostrorum dispositiones præsenti nostra perpetuò duratura Constitutione in hac parte innouamus.

3 Declarantes insuper, omnes, cuiuscumque generis, qualitatis, & conditionis fuerint, qui frumentum, aliaque blada,vltra vsum familiæ suæ, animo, & intentione illa cariùs vendendi, emunt, sine licentia in scriptis ab ordinario annonæ pro tempore obtenta (quam tamen rationabili de caussa tantùm, & gratis omnino concedi volumus) non modo pœnas amissionis ipsius frumenti,& bladorum,& alias pecuniarias ab ipso Ordinario pro tempore impositas incursuros: sed etiā Dei omnipotentis maiestatem summopere læsuros grauiterque in eo peccaturos. Barones verò, & alios dominos,terrarumque Vniuersitates, omnesque alios nobis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiectos, cuiuscumque status, aut conditionis extiterint, etiamsi Episcopali, Metropolitana, Patriarchali, & Cardinalatus etiam dignitate præfulgeant, qui subd torum suorum frumenta, aliaque blada, vltra vsum, & necessitatem suam, & familiæ suæ emerint; quique accedentes ad Vrbem cum frumentis, alijsque rebus ad victum necessarijs directè,vel indirectè impediunt, vel remorantur, pœnas in dicta Clementis Septimi,prædecessoris nostri, Constitutione expressas incursuros, videlicet priuationis feudorum, suspensionis, excommunicationis, & interdicti, iuxta tenorem, & formam prædictæ Constitutionis, aliarumque in ea expressarum, quas in hac parte per præsentes nostras innouamus, & earum tenoris hìc pro sufficienter expressis haberi volumus.

4 Vt vero facilius, commodiusque omnes possint ad Vrbem hanc nostram frumenta, bladaque libere conuehere, eos, vt præfertur, dicta de caussa ad Vrbem

accedentes, ab omni pedagio, gabella, aut onere quocumque pro dictis frumenti, bladorùmque comportatione eximimus, ac liberamus, immunésque, & exemptos esse, ac fore perpetuò declaramus.

5 Mandantes omnibus tàm Vniuersitatibus terrarum, quàm Gubernatoribus, Rectoribus, alijsque dominis, nobis, ac Sãctæ Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiectos, quocumque titulo, vel dignitate præfulgeant, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales existant, ne prædictorum frumentorum, aliorùmque bladorum ad Vrbem venientium occasione quidquam solui ab ipsis vectoribus faciant, aut quoquomodo in Ciuitatibus, Terris, ac Locis regimini eorum subiectis dicta de caussa solui permittant, aut patiantur, sub pœnis supradictis, alijsque arbitrio nostro declarandis.

6 Volumus etiam, quòd venientes ea de caussa ad Vrbem, videlicet ad frumenta, bladaque prædicta conuehenda, tuti omnino sint ab omnibus ciuilibus executionibus, tàm pro eorum debitis, quàm pro Cameralibus quibuscumque exactionibus, & represalijs, quacumque de caussa, & contra quoscumque decretis, seù decernendis. Irritum, & inane decernentes quidquid contra, & aduersus prædictos, seù eorum animalia, & res, quas secum prædicta de caussa detulerint, tàm in accedendo ad Vrbem, ibique commorando per biduum, ad effectum vendendi ea, quæ attulerint, quàm etiam in redeundo ad eorum solitam habitationem, executum, vel quoquomodo attentatum fuerit. Inhibentes omnibus cuiuscumque generis executoribus, seù curiæ ministris, ne prædictos, dicta de caussa ad Vrbem accedentes, ibique, vt præfertur, commorantes, seù inde discedentes, molestare præsumant, sub pœnis arbitrio Præfecti Annonæ pro tempore infligendis.

7 Eos etiam, qui agriculturam ipsam pro communi bono laudabiliter intra quadragesimum ab Vrbe milliarium exercent, dignis fauoribus, & priuilegijs prosequi volentes, tàm messium, quàm seminum tempore, dum scilicet colligendo, vel seminando tritico verisimiliter occupantur, ab omni supradicta executione, etiam si ex obligatione in forma Cameræ processerit, tutos omnino, ac saluos fore, & esse declaramus, dummodo aliunde, quàm ex agriculturæ fructibus, soluere non possint.

8 Boues verò aratorios, omniaque instrumenta ad agriculturam necessaria, non supradictis temporibus tantùm, sed perpetuò pro quauis ciuili obligatione auferri, aut alia ratione impediri prohibemus. Declarantes insuper in tacitis quibuscumque hypothecis, à quocumque quauis de caussa inductis, prędictos boues, aliaque instrumenta prædicta minimè comprehensa fore. Et, in summa, prædictis rebus agriculturæ inseruientibus, tanquam commoditatis, immo necessitatis publicæ instrumentis, omnia priuilegia concedentes, quæ bonis dotalibus de iure concessa esse reperiuntur: Sicque per quoscũque iudices, &c. irritum, & inane, &c.

9 Quæ omnia, quo fidelius ab omnibus obseruentur, volumus, Dilectos filios nostros Ludouicum Simonetam, Marcum Antonium Amulium, & Vitellotium Vitellium Camerarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ea, quam ipsorum grauitatem, & virtutem decet, diligentia curare. Dantes eis in præmissis plenam, & omnimodam facultatem, & eam, quam nos ipsi habemus, potestatem, pro præmissorum executione, obseruantiàque, Cum potestate declarandi, & decidendi, si quid in præsenti nostra Constitutione, declaratione, aut definitione egere videbitur.

10 Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Vrbis, Terrarum, Oppidorum, & Villarum quarumcumque iuramento, confirmatione

S Apo-

Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, consuetudinibus, reformationibus, & decretis priuilegijs quoque, & indultis Apostolicis Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, ac alijs præfatis, à dicta Sede Apostolica, vel à nobis forsan concessis, quę eis quoad præmissa nullatenus suffragari, Necnon pactis, & conditionibus, ac omnibus alijs, quæ dicti prædecessores voluerunt non obstare, contrarijs quibuscumque.

11 Cęterum, ne de præmissis quemquam dubitare contingat, volumus, quòd præsentium literarum tenor per omnia loca publica dictæ Vrbis solenniter publicari debeat, ipsęque literæ sic publicatæ perinde arctent omnes, quos concernunt, ac si singulis eorum personaliter intimatæ fuissent.

12 Volumus autem, quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacumque regula, seu Constitutione Apostolica contraria non obstante.

Placet Motu Proprio. M.

Die Vndecima Octobris 1566. admissa est hæc cedula Motus proprij ex decreto Cameræ, & registrata libro secundo Signaturarum Sanctissimi D. N. Papæ, apud me Notarium folio 113.

Hie. de Tarano.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Inditione nona, die verò vigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij Papæ Quinti, anno primo, infrascriptæ literæ Apostolicæ affixæ fuerunt, ac publicatæ in acie Campi Floræ, ac valuis Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est, per nos Franciscum Sottocasa, & Nicolaum de Matthæis, Cursores.

Philibertus Chapius Magister Cursorum.

Priuilegia pro Agricultoribus in Agro Romano: Et prohibitio ne Barones bannimenta circa agriculturam promulgent, vel subditos impediant extra eorum Statum, alienos agros conducere, colere, & seminare.

SVMMARIVM.

Caussa huius constitutionis.

I. *Sixti IV. Iul. II. Clem. VII. & Pij V. Constitt. innouatio, cum limitatione, quod Domini Casalium non cogantur locare.*

II. *Agricultorum eorumdem facultas extrahendi certo modo, & tempore frumentum de Statu Ecclesiastico.*

III. *Vassalli non impediantur à Baronibus extra eorum status aliorum agros colere &c.*

IV. *Barones facere bannimenta circa agriculturam prohibentur.*

V. *Clerici in Terris proprijs agriculturam licitè exercere possint.*

VI. *Vituli alendi*

VII. *Boues aratorij, & iuuenci non mactandi.*

VIII. *Et de districtu non extrahendi.*

IX. *Decretum irritans.*

X. *Executores huius Constitutionis.*

XII. *Clausulæ derogatoriæ.*

XIII. *Sola signatura sufficit.*

Papæ subscriptio.

Publicatio Pont. an. 9. die 4. Decembris 1600.

CLEMENS PAPA OCTAVVS

Ad perpetuam rei memoriam.

INter multiplices pastoralis muneris nostri curas & sollicitudines, ea nobis præcipuè cordi est, vt Alma Vrbs nostra ad quam quotidie tanquam ad Principis Apostolorum Sedem, & communem omnium fidelium patriam, ac parentem, Nationes omnes confluunt, & quam Nos omnibus commodis, & ornamentis augere studemus, non solum rei frumentariæ inopia nequaquam vexetur sed vberiore potius copia (quando quidem agri illius vbertas id præstare potest) iugiter perfruatur. Verum considerantes Annonæ difficultates, quas ab aliquibus annis ci ra perpessa est, & nunc etiam patitur, & quibus Nos maximo, etiam nostro & Cameræ Apost. dispendio occurrere non recusauimus, non tantùm ex annorum sterilitate, & superiorib. causis, quantùm ex hominum culpa, & negligentia prouenisse eo magis angimur, & affligamur. Cum sicut accepimus vberrimum, & pernecessarium Agriculturæ exercitium in Vrbis Territorio, & districtu, locisq. finitimis paulàtim negligi, seù potius deseri cœptum sit. Ita vt vbi prius vigente Agricultura, non modo ipsi Vrbi necessarium frumentum suppetebat, verum etiam ad exteras Nationes ingenti priuatorum lucro, & non modico Cam. nostræ emolumento

transmittebatur. Nunc verò cultiuatione cessante externum frumentum magno pretio,& difficultate ab alijs conquirere,illudq.etiam per mare vehendum expectare; & nonnunquam Vrbis famem,ventorum arbitrio, non minori dedecore quàm periculo metiri necesse est.

1 Cui quidem malo quantum in Nobis est occurrere, & nobilem ac fructuosam Agriculturæ artem, in agro Romano restituere,ac renouare cupientes, & vt omnes Tenutarum & Casalium Domini, necnon quicunq; Agricultores,& Coloni, spe lucri ad colen.& serendum alliciantur, Prædecessorum nostrorum Sixti IV. Iulij II. Clementis VII. Pij V. & aliorum Summorum Pontificum vestigijs inhærētes. Motu proprio &c.ex certa nostra scientia,& de Apostolicę potestatis plenitudine, dictorum Prædecessorum nostrorum literas, in fauorem rei frumentariæ, & Artis Agriculturæ editas, quorum tenores hic pro expressis, & de verbo ad verbum insertis,& registratis haberi volumus in his, quæ præsentibus nostris non aduersantur, & quæ vsu recepta fuerunt, itaut Domini Casalium,& tenutarum cogi non possint ad illa, vel illas, in totum, seu in partem ad quotam, seu aliàs locare, prout in dictis eorundem Prædecessorum literis continetur, sed liberum sit ipsis Dominis de illis ad libitum disponere confirmantes, & innouantes.

2 Statuimus & ordinamus, quòd omnes tàm ciues,quàm forenses, Agricultores, Mercatores,& Coloni, qui tàm in proprijs,quam alienis,& conductis Terris,Tenutis, possessionibus & Casalibus in Territorio, & districtu Vrbis, necnon Latij, Campaniæ,& Maritimæ Prouincijs existen. Agriculturam, & sementem fecerint, singulis annis, quibus precium, & valor frumenti communiter in Vrbe per ipsos Agricultores & mercatores vendendi à tempore messis,& recollectionis, vsq; ad Cal. Martij cuiuslibet anni summam iuliorum sexaginta in singula rubra non excesserit, possint & valeant quartam partem totius frumenti per eos eodem anno recollecti, deducto tamen semine, ad quæuis loca præter infidelium, & S. R. E. hostium, terra,mariq. liberè extrahere, & asportare, seu extrahi, & asportari facere. & hoc etiam intelligi volumus de frumento, quod Domini,& locatores Tenutarum à Conductoribus receperint, & exegerint pro quota responsione; quatenus tamen dictas Tenutas, Terras, & Casalia, ad quotam frumenti ex eis recolligendi, & non aliàs locauerint. dummodo tamen dicta quota quartam partem nō excedat. Locatores verò,qui aliter,quàm ad quotam terras locauerint, extractionis beneficio pro frumento per eos exigendo frui minimè possint. Dictæ autem extractionis licentia de mense Martij cuiuslibet anni,& nō prius concedi debeat per literas patentes Cardinalis Camerarij pro tempore existen. iuxta solitum,& solutis Cameræ nostræ Apost. iulijs tribus pro quolibet rubro. Si autem per nos, vel successores nostros, Camerarium, aut Annonæ Præfectos, ex quauis causa dicta licentia impediri contigerit, teneatur ipsa Camera eisdem Agricultoribus, seu Dominis Tenutarum pro interresse dicti impedimenti summam iuliorum sex pro quolibet rubro soluere liberè, & absque vlla prorsus exceptione: dummodo tamen totum eorum frumentum ad Vrbem conduxerint, seu licentiam obtinuerint illud extra Vrbem dimittendi, & sub obligatione ad Vrbem conducendi, & data nota summæ, & loci, vbi dictum frumentum repositum fuerit. Teneantur etiam ipsi Agricultores,& Coloni infra mensem post completam sementem, singulis annis in actis Annonæ Notarij veram quantitatem,& locum sementis,quam quisque fecerit denunciare, aliòquin priuilegijs,& beneficio præsentium literarum nostrarum minimè perfruantur.

Et

3 Et vt Agriculturæ exercitium omnibus liberum fit, & Agricultorum, & Colonorum numerus non modo non diminuatur, sed potius augeatur, Statuimus, & ordinamus, quòd omnes & singuli Baronum, Principum, & Domicellorum quorumcunque S. R. E subiectorum Subditi, & Vassalli, quascunq; Terras, prædia, possessiones, & Casalia eis benè visa, etiam extra Statum, & Territorium eorundem Dominorum, per se vel alios colere laborare, & seminare, seù etiam alijs ad colendum, & seminandum inseruire, dictasq. terras, possessiones, & casalia, ad effectum colendi, & seminandi ad quotam, vt supra, seù aliàs conducere, & in eis Arte Agriculturæ exercere liberè & licitè valeant. Nullusq. ex dictis Baronibus, domicellis. & alijs quacunque dignitate, tàm temporali, quàm ecclesiastica præfulgen. etiamsi S. R. E Cardinales fuerint, ac etiam Communitates dictos eorum Vassallos, subditos. & Colonos, quauis caussa, directè, vel indirectè per se vel alios, sub amissionis, & priuationis feudorum, & Statuum, alijsque nostro, & successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis audeat, vel præsumat cogere, impedire, vel prohibere, ne possint quascunque alias terras, possessiones, & Casalia, etiam extra eorum Statum, & Iurisdictionem conducere, colere, & seminare, seù alijs etiam conuenta mercede etiam cum eorum bobus, & animalibus inseruire, etiam sub prætextu quorumcunque suorum seù Castrorum, Ciuitatum, & Terrarum eisdem subiectarum priuilegiorum, statutorum, ordinationum, vsuum, & consuetudinum etiam antiquissimarum, seù Iuramentorum eorundem Vassallorum, quæ omnia tanquam contra publicam vtilitatem inducta tollimus, & abrogamus, eosdemque Vassallos a quibuslibet iuramentis ad effectum præfatum absoluimus. & liberamus. Conuentiones autem, & pacta, quæ inter ipsos Dominos, & Vassallos in consignatione, seù assignatione Terrarum intercesserunt, dummodo iusta sint, & reciproca, & ex caussa verè onerosa, quæ ipsi Domini in Camera Apostolica deducere & exhibere teneantur infra mensem à die publicationis præsentium, obseruari debeant.

4 Volentes etiam, quòd omnia edicta, proclamata, ordinationes, & bannimenta, quæ ipsi Barones, Principes, & Domicelli ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, & illam quomodolibet concernentia hactenus fecerint, teneantur illa Cardinali Camerario nunc, & pro tempore existenti exhibere, & in futurum nulla edicta, ordinationes, & bannimenta ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, sub antedictis, ac etiam nullitatis, & inualiditatis pœnis, facere possint.

5 Statuimus etiam, quòd Clerici, in Casalibus tamen proprijs, & non conductis, possint dictam Artem Agriculturæ per se, vel alios exercere, & exerceri facere, nec eis, vel eorum hæredibus per Cameram Apostolicam, seù illius Ministros obijci, aut imputari possit, quod illicitam negociationem fecerint, aut spolijs aliqua ex causa præfata subiaceant, Declarantes dictam Artem Agriculturæ etiam ipsis Clericis in eorum Casalibus licitam, & permissam.

6 Et quia propter Artis Agriculturæ præfatæ intermissionem, & desuetudinem, boues apprimè cultiuationi necessarij defecerunt, vt quanto citius eorum numerus ad necessariam quantitatem, & copiam augeatur, & reducatur. Volumus, & mandamus quòd omnes, qui habent Armenta, seu Massaritias Vaccarũ, teneantur alere, seù ali facere tertiã partẽ omnium Vitulorũ, qui in mense Martij Aprilis, & Maij quolibet anno nascentur, tàm marũ, quàm fœminarum pro æquali portione.

7 Et nullus macellarius Iuuencos, seù Boues aratores, & qui apti sint ad arandum, nec etiam Vaccas nisi reijciendas (quas vulgo Cacciatore nuncupantur) seù veteres, & quæ pro massaria inutiles sint, macellare possit sub amissionis dictorum

ctorum animalium, vel eorum pretij, seù alijs arbitrio Camerarij, vel Præfecti Annonæ infligēdis pœnis, & si Macellarij emerint Boues veteres, qui ad arandum amplius apti minimè reputentur, aliquis tamē illis ad arandū vti velit, teneantur Macellarij tales Boues eiusdem pretio conuento, vel soluto, tradere, & relaxare, & Dohanerij tàm Bouum, quàm Vaccarum prædictarum, Gabellam recipere, & exigere minimè valeant sub amissionis dictæ gabellæ, alijsq. arbitrio Camerarij, seù Annonæ Præfecti infligendis pœnis.

8 Ac insuper prohibemus ne extra Territorium, & districtum Vrbis, Boues, & Iuuenci etiam bubalini absq. licentia extrahi possint, sub amissionis dictorum Animalium per quoslibet extrahentes, & pro qualibet vice incurrendis.

9 Sicque, & non aliter per quoscunque Iudices &c. sublata &c. iudicari, & diffiniri debere, irritum, & cæt. decernimus.

10 Mandantes dilectis filijs Camerario, & Annonæ Præfecto, & eorum cuilibet insolidum, vt præsentes nostras literas publicari, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciant. Dantes eis in præmissis, & circa ea plenam, & omnimodam, & eam, quam Nos ipsi habemus facultatem, & potestatem, declarandi, & decidendi si quid in præsenti nostra Constitutione, declaratione, & diffinitione opus esse videbitur, necnon quæcunque edicta, seù bannimenta pro præmissorum obseruatione, & executione necessaria, & oportuna facendi, & publicandi.

11 Non obstantib. cōstitution. & ordinationib. Apostolicis, necnon Vrbis, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & Villarum quarumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, reformationibus, & decretis. priuilegijs quoque, & indultis Apostolicis, Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, ac alijs præfatis à dicta Sede Apostolica, vel à nobis forsan concessis. Quibus omnibus etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. illis aliàs in suo robore permāsuris, hàc vice dumtaxat ad effectum præfatum specialiter, & expresè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscunque.

12 Volumus etiam quòd præsentium sola Signatura etiam sine data, & registratura, sufficiat, & tàm in iudicio, quàm extra, regula contraria non obstante, plenam fidem faciant, & nihilominus literæ tàm in forma breuis sub Annulo piscatoris, quàm sub plumbo cum clausulis necessarijs, & oportunis, in amplissima forma expediri valeant.

Placet Motu proprio H.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, 1600. Indict. 13. die verò 4. mensis Decembris Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius nono. Supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Flore, & alijs locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Christophorum Fundatum Cursorem Apostolicum.

Gaspar Bompiedi Magister Curs.

V.

Confirmatio Capitulorum, & concessio plurium priuilegiorum, pro conseruatione, & augmento Artis Agriculturæ in Territorio Cornetano.

SVMMARIVM.

Exordium.

I. His Pont. Congreg. Prælatorum deputauit ad conficiẽdũ Statuta super rebus ad Agriculturam Corneti spectantibus.

II. Quæ Congregatio illa cõpilauit.

III. Illorum tenor hic inseritur.

IV. Illa Pont. approbat, & obseruari mandat.

V. Priuilegium extrahẽdi frumentum Agricultoribus Corneti concedit.

VI. Et pro debitis eosdem molestari non posse.

VII. Boues aratorios, & frumentum ad vsum seminis destinatum sub hypotheca, &c. non venire decernit.

VIII. Agricultores tẽpore messium, vel seminum ab executione ciuili tutos esse iubet.

IX. Executores huius Constitutionis deputat.

X. Clausulæ derogatoriæ.

XI. Solã signaturã sufficere decernit. Publicatio die 6. Octobris 1608. Registratio, & admissio in Camera Apostolica.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Motu proprio &c.

VRBEM Romam, quam tot priuilegijs, & gratiarum donis, admirabili prouidentia decorauit Altissimus, & ad quam, vti communem patriam, vndiq; cunctarum gentium conuenit multitudo, copia frumenti, & aliorum id Annonæ genus abundantem reddere, ac seruare cupientes, ea, quæ ad vbertatem, ac Agriculturæ artem augendam pertinere cognoscimus, libenter amplectimur, & in illis nostri muneris partes impendimus opportunas.

I Dudum siquidem attendẽtes nos Agrum Cornetanum amplissimum, & fertilissimum, multis ab hinc annis incultum iacere, & qui prius horreum Vrbis existeret, cum potius, quàm ad vsum hominum coli, in pascua animalium reseruari, modicamq; frumenti quantitatem in Annonæ Vrbis subuentionem præstare, vt ipsius Annonæ detrimento, aliqua ratione in his consuleretur, & Agriculturæ Ars ferè iam destituta, in agro prædicto Cornetano restitueretur nonnullorum Prælatorum Congregationem elegimus, & deputauimus, cuius

partes

partes essent, super rebus ad Agri Cornetani culturam pertinentibus se informare, ac inuicem differere, Statuta, & Ordinationes, quæ (sicut accepimus) olim super Agriculturæ Arte in Ciuitate Cornetana salubriter edita sunt, & in desuetudinem abierunt, examinare, reformare, seù alia, prout qualitas loci, temporis, & personarum requireret, ipsiq; Congregationi videretur, conderet, & ordinaret.

2 Cumq; Congregatio ipsa, vocatis etiam prius, & auditis pluribus Agricultoribus primarijs, illarum partium, & nonnullis Deputatis à Communitate Ciuitatis nostræ Cornetanæ prædictæ, maturaq; discussione, & deliberatione præhabita, nonnulla Capitula, ordinationes, & declarationes vulgari idiomate conscripta compilauerit quorum seriem, & tenorem inferius fecimus adnotari, & est, vt infra videlicet.

3 Capitoli stabiliti per conseruatione, & augumento dell'arte del Campo da osseruarsi inuiolabilmente nella Città, e Territorio di Corneto.

Non douendosi priuare la Communità di quell'entrate, che caua dalla vendita dell'herbe, con quali và sostenendo li pesi Camerali, e prouedendo à gl'altri suoi bisogni, si lascia, che conforme alli statuti, possa essa Communita vender l'herbe secondo il solito, tanto di là dalla Marta, quanto di quà nel Piano; mà con le conditioni, e dichiarationi infrascritte.

1 Che quelli, che secondo li Statuti di Corneto saranno partecipi delle compre di tutte l'herbe, tanto di quà, quanto di là dalla Marta, non possano in modo alcuno tener pecore di forestieri, ne anco sotto pretesto di soccita, miglioramento, guardia, ne in qualsiuoglia altro modo; mà debbano esser veramente loro proprie, sotto pena della perdita delle pecore, e di scudi cento à chi comprarà, ò riceuerà l'herba, e trecento à chi la venderà, e però siano tenuti li Padroni dell'herbe nell'entrar delle Pecore, dar il giuramento nel modo, che ordinarà Monsig. Prefetto dell'Annona.

2 Che essi partecipi non possano in tempo alcuno riuendere li pascitiçci della parte, che à loro sarà toccata, non solo à forastieri; mà ne anco frà loro stessi, si come ne anco affidarui bestiami d'alcuna sorte, sotto pena al compratore della perdita delle Pecore, e di scudi 300. & al venditore di scudi 500.

3 Che le Pecore non possano entrar à pascere prima di S. Angelo di Settembre, e debbano vscirdalli Prati al principio di Marzo, sotto pena della perdita delle Pecore, & à S. Angelo di Maggio da tutto il Territorio, ò quindeci giorni poi, secondo che andarà la stagione, & à Monsig. Prefetto dell'Annona parerà di concedere. Mà nell'herbe del Piano sopra la strada di Ciuitauecchia non si possa entrar'a pascere prima di mezzo Ottobre, e sotto la strada prima, che à S. Andrea sotto le pene dette di sopra.

4 Che in tutto il Piano non si possano in modo alcuno intromettere più di 6000. Pecore. E perche pende lite frà la Communità, e li partecipi dell'herbe con il Sig. Alessandro degl'Atti sopra la Tenuta di Pantano, si dichiara, che in euento, che si decidesse à fauore del Sig. Alessandro, che detta Tenuta restasse sua libera quoad ius pascendi, il numero sodetto delle 6000. Pecore si scemi à proportione della quantità della detta Tenuta e mentre pende la lite, il numero delle Pecore si aggiusti secondo chi sarà in possesso: Però quelli che participaranno dell'herbe di detto Piano siano obligati dare il giuramento tanto per il numero, quanto anco d'esser lor proprie, Et acciò siano tenuti pigliar la bolletta della Communità, & dell'arte di lauoratori, acciò si possano

con-

contare; Il che si dourà fare con licenza di Priori, e Rettori dell'Arte, con interuento d'vno da deputarsi pro tempore da Monsig. Prefetto dell'Annona, sotto pena (intromettendone al principio, ò introducendone poi nascostamente maggior numero di quello, che à ciascuno de partecipi sarà toccato) della perdita de gli animali, e 500. scudi, e priuatione di non poter mai più godere, e participare nella compra di dette herbe, & alli Rettori dell'arte dell'Agricoltura, & anco à quelli della Mosceria, & delle bandite de Boui, & alli Priori nel luogo, se vi saranno fraude in dare dette licenze, ò altrimente nell'offitio loro, sotto pena di scudi 200. e priuatione d'offitio, & inhabilità di poterlo più ottenere per l'auuenire, E però si mandaranno spesso persone à contarle, e si procederà per via d'accusa, inquisitione, & ogn'altro miglior modo con ogni rigore.

5 Non possa con le Pecore intromettersi altr'animale, che cinque Caualle per stazzo di Pecore, tanto di là dalla Marta, quanto di quà nel Piano. Possano però per tutto, & in ogni tempo insieme con le Pecore pascolare li Boui aratori, & vna bestia da soma, onde si prohibiscono le capate de seccaticci, ò altri animali, eccettuando però li giouenchi di trenta mesi, li quali possono pascere per tutto il Territorio, eccetto che nel Piano, sotto pena (contrafacendo à ciascuna delle cose sudette) della perdita di tutti l'animali, & di scudi 200.

6 Che in tutto il Territorio non possano pascer Porci, ne Bufali in qualsiuoglia tempo, sotto pena della perdita de gl'animali, & di scudi 2. per bestia, & se per seruitio del Macello vi fosse bisogno di qualche poco numero, sia il macellaro tenuto di prenderne la licenza in scritto da Monsig. Prefetto dell'Annona.

7 Che nelle tre bandite, Seluaccia, Roccaccia, Ponton di forca di Palma si osserui il solito Cõmunale, non vi si ponga altro animale, che il Bestiame grosso. Sia però lecito al Cittadino originario tenerui 100. Vacche; All'Aduentitio 50. Al forastiero habitante 25. ò in vece di Vacche possa metterui Caualle come à ciascuno più piacerà, contando però 2. Caualle per 3. Vacche, & se forse il numero venisse à riuscir tale, che le dette 3. tenute non fossero capaci de tanti animali si elegghino dalla communità doi, li quali insieme cõ vn'altro da deputarsi da Monsignor Prefetto dell'Annona giudichino quanto numero d'Animali potrà capire in esse, & per il sopra più del numero sia lecito alla Mosceria conforme al solito eleggersi vna delle bandite, che si affittano à Pecorari, ouero così parendo à Monsig. Prefetto dell'Annona si scemi à ciascuno la sua rata del numero sudetto, ne possa alcuno metterui maggior numero di quello, che li sarà assignato, sotto pena della perdita di tutti gl'animali, ch' iui di quel tale si trouaranno, & di scudi 25. per ciascuna Bestia, che vi hauerà posta di più, & però per custodia di detto Communale la Mosceria secondo il solito farà il suo Rettore, il quale assista, acciò s'osseruino gl'ordini sodetti, & debbano tutti quelli, che vi metteranno animali pagarli scudi 500. alla communità pro rata al modo, che si è fatto fin quì.

8 Che la Tenuta di S. Pantaleo, che è di là dalla Marta, & quella di Monterozzi, ò Cucumoletti, che è di quà attaccata alli Ristretti s'intendano riseruate nel modo solito, cioè non vi possan pascere se non Boui aratori, che lauorano nel Territorio di Corneto, & questi non vi entrino prima della vigilia di Natale, sotto pena della perdita d'ogni animale, che vi si trouerà, & di scudi 10. per ciascuno Animale; mà passata detta Vigilia sia lecito ad ogni lauoratore

intromettergratis li suoi Boui per ristorarli dalle fatiche delle sementi.

9 Che nelli ristretti parimente non si possa mettere alcuna sorte d'animali fuor che Boui aratori, cioè quelli, che lauorano nell'istesso ristretto, e 500. Castrati solamente per vso del Macello, & questi quando non vi siano l'Oliue, sotto pena della perdita de gli animali, che vi si trouaranno, & di scudi 10. per ciascuna bestia.

10 La Tenuta d'Ancarano, la quale non solo quoad ius pascendi, mà anco quoad ius seminandi, è propria della Communità, si riserua alla libera dispositione d'essa Communità, che la dourà locare per cauarne quel maggior frutto che potrà per estintione, ò pagamento de debiti.

11 Che non sia lecito ad alcuno, cõforme alla dispositione de statuti far chiuse, ò luoghi serrati da fossi, ò siepi per impedire, che li Boui non possano entraruì, sotto pena di scudi 50. e di far brugiare dette siepi, ò riempire essi fossi à spese loro, concedendo però, che conforme allo statuto si possa riserrare à canto alle loro possessioni tanto, quanto in esso si dispone, cioè doi some di Terra, & non più.

12 Che non si possa metter fuoco alle stoppie; mà aspettare il bando che sopra ciò ogn'anno si publicarà secondo che la stagione andarà presto, ò tardi, sotto pena di scudi 200. oltre al rifacimento delli danni.

13 Che quelli Cittadini originarij auuentitij, ò habitanti, che si come si è detto al Cap. 7. vorranno tener Vacche, ò Caualle nel Communale siano obligati per ogni Cittadino originario, che hauerà cento Vacche far sei aratri di Boui, l'auuentitio, che n'hauerà cinquanta, tre aratri, il forastiero habitante vno aratro, & non facendo, paghi alla Communità per estintione del debito scudo vno di più di quel, che tocca per bestia grossa.

14 Che tutti quelli, che hanno Pecore, & entrano partecipi nella compra dell'herbe della Communità nel modo, che si è detto, siano obligati à far lauoriero, cioè per ogni 400. Pecore fare almeno vn'aratro, sotto pena non lo facendo di pagare vn giulio per bestia, come sopra alla Communità.

15 Si dichiara, che in tutto quello, che per li sopradetti Capitoli, & ordini non fosse stato disposto, & prouisto, si debba osseruare quanto si dispone per li statuti della Città di Corneto, purche non sia contrario alli sopradetti Capitoli, & cose contenute in essi.

In tutti li casi sodetti si procederà per via d'Inquisitione, d'accuse, e denontie, ò qualsiuoglia altro miglior modo, & le pene s'intenderanno applicate vn quarto all'accusatore, che sarà anco tenuto secreto, & il resto alla Camera, cioè all'Abondanza di Roma.

4 Nos volentes ordinationes, declarationes, & Capitula suprascripta valida semper fore, ac vim legis habere, & obtinere, & ab omnibus, quos concernit obseruari debere, firma spe, si illa fuerint custodita, & obseruata, posse nõ solum in Agro Cornetano, ipsam Agriculturæ artem restitui, & augeri, sed alios ad eandem artem in cęteris locis Vrbis Regionis excolendam, & exercen. tali exemplo inuitari. Motu proprio, & ex certa scientia, & deliberatione nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine ordinationes, declarationes, & Capitula prædicta huiusmodi, & omnia, & singula in eis contenta quæcunque de mandato, & auctoritate nostris facta fuisse, & esse attestantes, harum seriè perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis nostræ, & Apostolicæ confirmationis, & perpetuæ firmitatis robur adijcimus, ac vim legis habere, & obtinere de-

decernimus, ab omnibusq; & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus.

5 Præterea volentes eos omnes, artem Agriculturæ in Territorio Cornetano exercentes priuilegijs, & gratijs prosequi specialibus, quibus, etiam ad hanc artem in eodem Territorio alacriori, & feruentiori animo excolendam, & augendam alliciantur omnibus, & singulis, tàm Ciuibus, quàm forensibus Agricultoribus, mercatoribus, & Colonis, qui tàm in proprijs, quàm alienis, & conductis Terris, Tenutis, Prædijs, & Casalibus in Territorio Cornetano existen. Agriculturam, & sementem fecerint, vt singulis annis, quibus precium, & valor frumenti communiter in Vrbe à messis, & recollectionis tempore, vsque ad kalendas Martij cuiuslibet anni summam Iuliorum sexaginta in singula rubra non excesserit totidem rubra frumenti, quot, vt præfertur seuerint, à Territorio Cornetano extrahere, & ad quæuis loca extra statum Ecclesiasticum, Terra, Mariq; præterquàm ad infidelium, & S. R. E. hostium loca conuehere, & asportare solutis Annonæ Cameræ nostræ, & illius Administratoribus Iulijs tribus pro quolibet rubro, & cum licentia dictæ Annonæ Præfecti pro tempore existentis de mense Martij, & non antea præuio nostro chirographo expediẽda, possint, & valeant, concedimus, & indulgemus. Quodq; talis extractio quouis prætextu minimè impediri valeat, & quatenus Annonæ Vrbis necessitate cogente, vel suadente impediri contingat, Cameram nostram, ab eisdem Iulios septem pro quolibet rubro frumenti, vt præfertur, extrahi concesso, & impedito, resarciendum, & soluendum teneri, & obligatam esse volumus, & declaramus dummodo frumentum prædictum ad Vrbem conduxerint, seù licentiam obtinuerint ab eodem Præfecto illud extra Vrbem detinendi, & sub obligatiõne ad Vrbem conducendi, & data nota summæ, & loci vbi dictum frumentum repositum fuerit: teneãtur etiam ipsi Agricultores, & Coloni infra mensem post completam sementem singulis annis in manibus Annonæ Præfecto veram quantitatem, & locum sementis, quam quisque fecerit, denunciare, aliòquin priuilegio, & benefitio præsentium nostrarum literarum minimè perfruantur.

6 Item omnibus, & singulis in prædicto Territorio Cornetano Artem Agriculturæ actu exercentibus, inibiq; permanentibus concedimus, quòd ipsi pro quibusvis debitis etiam quantumuis priuilegiatis extra statum Ecclesiasticum per eos quomodolibet cõtractis realiter; vel personaliter quamdiù prædictam artẽ ibi exercuerint, ibidemq; permanserint grauari, vel molestari non possint. Pro debitis verò ciuilibus in statu Ecclesiastico ante habitationem in prædicta Ciuitate, & Artis prædictæ exercitium contractis, etiamsi ex obligatione Camerali, aut alia priuilegiata caussa proueniãt per triennium à die, quo inceperint, inibi exercere artem, & inhabitare computan. in persona molestari, capi, carcerari, seù impediri nequeant, dummodo fraudulenti, vel publici decoctores non sint, & laborerium saltem cum duobus aratris conficiant.

7 At Boues aratorij, aliaq; instrumenta omnia ad Agriculturam necessaria iuxta formam aliarum literarum Apostolicarum fel. rec. Pij Papæ V. prædecessoris nostri aliàs editarum, ac etiam ea pars frumenti, quæ ad vsum feminis pro qualitate loci fuerit necessaria, & destinata, adeò eis priuilegiata, & immunia semper maneant, vt sub tacita, vel expressa hypotheca, aut obligatione non veniant, minusq; eis pro quouis debito, etiam, vt præfertur, priuilegiato auferri, vel impediri possint, seù debeant.

 8 Eos

8 Eos etiam, tàm messium, quàm seminum tempore, dum scilicet colligendo, vel seminando tritico verisimiliter occupantur ab omni exequutione ciuili, etiã si ex obligatione Camerali, aut alia priuilegiata caussa processerit tutos omninò, ac saluos fore, & esse declaramus dummodo aliundè, quàm ex Agriculturæ fructibus soluere non possint iuxta earundem Pij V. prædecessoris nostri literarum prædictarum dispositionem: sicq; per quoscunque Iudices &c. Irritum &c.

9 Quæ omnia, quo fidelius ab omnibus obseruentur, volumus dilectum Filium Magistrum Iacobum Serram Cameræ nostræ Apostolicæ Clericum modernum, & successiuè alios pro tempore existentes Annonæ Vrbis Præfectos ea, qua decet, diligentiâ curare. Dantes eis etiam priuatiuè quoad omnes plenam, & omnimodam facultatem, & eam, quam nos ipsi habemus potestatem pro præmissorum executione, & obseruatione, quæ eis necessaria, & oportuna videbuntur per sese, vel alium, seù alios ab eis ad eorum libitum deputandos, & reuocandos in Curia, & extra, gerendi, exercendi, ac mãdãdi, præcipiendi, edicendi, inhibendi, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis pecuniarijs, & alijs eius arbitrio irrogandis, & applicandis Commissarios, & alios officiales, & ministros deputandi, & alia, quæ sibi videbuntur faciendi, cum potestate capitula præinserta, interpretandi, moderandi, illisq; addendi, minuendi, & seù etiam alia sibi beneuisa, condendi, edendi, ac obseruari faciendi, necnon quicquid tàm in Capitulis, quàm in præsentibus nostris literis declaratione, aut definitione videbitur indigere declarandi, & decidendi, & omnia, & singula artem Agriculturæ dicti loci quomodolibet concernentia, & eis benè visa dicendi, gerendi, decernendi, ac obseruari, & exequi faciendi, omnes, & singulos, quos opus fuerit, in Curia, & extra citandi, monendi, requirendi, ac illis, vt supra inhibendi, mandandi, & præcipiendi, sententias, censuras, & pœnas incurrisse, & incidisse declarandi, easque aggrauandi, reaggrauandi, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

10 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Vrbis, & dictæ Ciuitatis Cornetanæ, & quibusuis alijs iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, reformationibus, decretis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis prædictis; & quibusuis alijs communiter, vel diuisim à Sede Apostolica, & forsan à nobis concessis, editis, confirmatis, & innouatis. Quæ quoad præmissa nolumus suffragari, & quibus &c. etiamsi &c. illorum tenores &c. pro expressis, & insertis habentes, hac vice, & ad effectum præsentium dumtaxat illis alias in suo robore permãsuris etiã derogamus cęterisq; cõtrarijs quibuscũque.

11 Volumus autem, quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacunque contraria non obstantę. Quodq; præsentes publicentur per loca solita Vrbis, & publicatæ arctent, ac si personaliter forent intimatæ.

Placet Motuproprio C.

Die vi. Octobris 1608. Suprascriptus Motusproprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ; & alijs locis solitis, vt moris est, per me Iacobum Brambillam Collegij DD. Cursorum Decanum.

Tarisius Bonfatti Mag. Curs.

Su-

Supradicta S.D.N. Pauli PP. V. Motusproprij cedula, die VI. *Mensis Octobris* 1608. *in plena Camera exhibita, & præsentata extitit, & die* X. *eiusdem Mensis Octobris, Camera ipsa (Referente Reuerendiss. D. Iacobo Serra, eiusdem Cameræ Apostolicæ Clerico, & Annonæ Almæ Vrbis Præfecto, ac Iudice, ab eadem Camera specialiter deputato) illam admisit, & in eiusdem Cameræ Apostolicæ libris registrari mandauit, prout postmodum per me Notarium infrascriptũ registrata extitit libro signaturarum eiusdem S.D.N. penès me eundem Notarium existente fol.*

Io. Iacob. Bulgarinus.

VI.

Institutio Congregationis ad Annonam, & Grasciam in Vrbe, & Statu Ecclesiastico curandam: Elargitioq. priuilegiorum pro artem Agriculturæ exercentibus, & ordinationes pro feliciori eiusdem artis propagatione.

S V M M A R I V M.

Exordium.
I. Caussæ huius Constitutionis.
II. Institutio dictæ Congregationis.
III. Prohibitio vendendi Boues aratorios, vel ad arandum aptos ad effectum mactandi.
IV. Gabella pro contractu bobum non recipiatur, nisi fuerit cognitum an sint aratorij.
V. Lanij, & alij non mactent boues ad arandum aptos.
VI. Constitutiones prædecessorum desuper editæ confirmantur.
VII. Iuuenci 25. ex centum Vaccis albis ad vsum artis Agriculturæ nutriantur quotannis, & numerus Vaccarum assignetur.
VIII. Vasalli vbi voluerint, agros colere possint, non obstante quocumque Dominorum priuilegio.
IX. Priuilegia agricultorum confirmantur.
X. Eisdem facultas extrahendi certo modo frumentum conceditur.
XI. Subuentionem eisdem dari præcipitur.
XII. Auctoritas Congregationis pro obseruantia hic contentorum.
XIII. Contrariorum derogatio.
XIV. Sola signatura sufficiat.
XV. Literæ desuper expediri possint.
XVI. Fides transumptorum.
Papæ subscriptio.
Publicata Pont. ann. 7. die 19. Octobris 1611.

PAVLVS PAPA QVINTUS.

Motu proprio &c.

PASTORALIS officij cura nos admonet, vt quæ ad Annonæ, & Grasciæ vbertatem, in ditione nostra temporali, potissimum verò in hac Alma Vrbe nostra, ad quam in dies tanta hominum frequentia vndique confluit, conseruandam spectare noscuntur, intentiori animo amplectamur, ac quantum in Domino possumus, in primis prouidere studeamus, vt in Agro Romano, locisq. finitimis Agriculturæ ars humano vsui adeò necessaria nullatenus deseratur. Licet enim quamplures prædecessores nostri Romani Pontifices eadem solicitudine ducti, in hanc rem diligenter incumbentes, plura remedia, & prouisiones adhibere, priuilegia concedere, ac subsidia parare curauerint, qui-

quibus tùm rei frumentariæ, tùm aliarum rerum Annonam, & Grasciam concernentium vbertas nedum conseruari, sed augeri facilè posset, hominum tamen culpa, quod non sine animi nostri perturbatione recensemus, frustratoria cuncta redduntur.

1 Quapropter Nos tanquam paterfamilias à Domino super familiam suam constituti, summopere cupientes quantum in nobis est nostra vigilantia hisce malis occurrere, dormientes Agricolas excitare, ac oportunè etiam prouidere, vt Annonæ, & Grasciæ negocium vniuersum in futurum benè, prouideq. geratur, Agriculturæ exercitium vberius fiat, necnon frumenti, & aliarum rerum ad communem vitæ vsum, & sustentationem necessariarum copia, in ipsa Vrbe, & reliquo Statu nostro temporali semper suppetat. Cum verò populi promerentibus peccatis ob terræ sterilitatem, seù aliàs Annona, vel Grascia aliquid incommodi, seù angustiæ inciderit, viri prudentes sint, qui eam citò subleuent, congruaq. remedia subministrent.

2 Motu simili, ac ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine, Congregationem Prælatorum, Officialiumq. & egregiorum virorum pro vbertate Annonæ, & Grasciæ curanda instituimus, in qua dilecti filij Thesaurarius noster Generalis, ac Annonæ Præfectus, & Grasciæ Præses, necnon Cameræ Apostolicæ Commissarius Generalis pro tempore existentes à nobis deputati, & dilectus filius Io. Baptista Costaguta Ianuensis familiaris noster, seù alius à nobis ad Congregationem huiusmodi deputandus personaliter intersint, & quintodecimo quoque ab eis statuẽdo die in vnum conueniant, ac de arte Agriculturæ restituenda, & augenda, laborerijs, & pascuis diuidendis, atque vendendis, & de Statu Annonæ, & Grasciæ huiusmodi, rebusque omnibus illam concernentibus inuicem conferant, tractent, & diligenter perpendant, & quod ab eis, seù maiori parte matura consultatione præhabita fuerit resolutum nobis referant, vt quid pro publica vtilitate statuendum sit prouidere possimus, firmæ remanente in rebus arduis Congregatione S.R.E. Cardinalium super vbertate eiusdem Annonæ à fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore nostro instituta.

3 Præterea agnoscentes quantum ad agros excolendos, artemq. Agriculturæ conseruandam, boues aratorij pernecessarij sint, motu, scientia, & potestate similibus, omnibus, & singulis personis, tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus cuiuscunque gradus, & conditionis, etiam S.R.E. Cardinalibus, necnon Principibus, Ducibus, Baronibus, & alijs quacunque dignitate, titulo, & prærogatiua suffultis, ne boues aratorios, seù ad arandum aptos etiam nondum domitos, præcipuè autem decem annis minores pro vsu macellorum siuè Vrbis, siuè quorumuis aliorum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectorum, vel ad effectum incontinenti, vel in aliud tẽpus mactandi, emere, vendere, aut aliquem contractum, seù pactum inire, sub amissionis bobum, & quingentorum scutorum Cameræ nostræ Apostolicæ applicandorum pœna.

4 Necnon Dohanerijs, & Gabellarijs etiam Vrbis, ac quorumuis aliorum Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorum, eorumq. Officialibus, & Ministris, & alijs, ad quos spectat, sub aliorum quingentorum scutorum eidem Cameræ, vt præfertur, applicandorum, alijsq. etiam corporalibus pro qualitate personarum, & excessuum, arbitrio Annonæ Præfecti pœnis irrogandis, & moderandis, ne assignationem, notam, seù solutionem aliquam Dohanæ, seù Gabellæ,

bellæ, pro venditione, vel contractu boum quorumcunque, etiamsi aratorij, vel ad arandum apti non sint, recipere, nisi prius dictos boues super quibus contractus initus fuerit, tam ipsi, quàm Commissarius ad id ab Annonæ Præfecto deputatus diligenter inspexerint, vbi verò eos aratorios, vel ad arandum aptos esse cognouerint, contractum aliquem sub eadem pœna nullatenus admittere.

5 Lanijs verò, & alijs animalium mactatoribus, ne sub eisdem, & etiam fustigationis pœnis eiusdem Præfecti arbitrio irrogandis, boues aratorios, vel ad arandum aptos huiusmodi, mactare audeant, vel præsumant, districtius prohibemus.

6 Ac quascunque ordinationes, tàm per Nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, quàm eiusdem S.R.E. Camerarios, & Annonæ Præfectos, desuper factas, seù editas, illarum tenorem præsentibus etiam pro expresso, & inserto habentes, approbamus, confirmamus, & innouamus.

7 Mercatores autem, & quiuis alij greges, seù armenta vaccarum albarum habentes, ad quotannis iuuencos vigintiquinque pro quolibet centenario vaccarum huiusmodi ad vsum artis Agriculturæ educandum, necnon ad veram earundem vaccarum quantitatem, quam habent in principio cuiuslibet anni eidem Annonæ Præfecto notificandam, & assignandũ teneri, statuimus, & mandamus, & ad id sub scutorum quingentorum, alijsq. etiam grauioribus pœnis eiusdem Præfecti arbitrio irrogandis etiam compellantur.

8 Insuper, vt artis Agriculturæ exercitium latiùs patere possit, Agricultorumq. & colonorũm copia sit, nec illorum numerus minuatur, prohibitioni aliàs à rec. mem. Clemente Papa VIII. similiter prædecessore nostro per suas literas desuper factæ inhærentes, illamq. extendentes, & ampliantes, Volumus pariter, & declaramus, quòd quicunque etiam Ducum, Baronum, Domicellorum, Principum, & etiam eiusdem S.R.E. Cardinalium, aut alia quacunque, temporali vel Ecclesiastica dignitate fulgentium, Vassalli, seù subditi quò eis placuerit ad laborandum, & colendum agros accedere possint, nec ipsi etiam in proprijs terrenis Ducum, Baronum, & Domicellorum suorum, etiam Principum, & S.R.E. Cardinalium, aut aliàs, vt præfertur qualificatorum inuiti laborare cogantur, aut quo minus ad loca eis benè visa ad laborandum, & colendum, etiam cum eorum bobus, & animalibus accedant, ab eisdem Ducibus, Baronibus, Domicellis, & etiam Principibus, & S. R. E. Cardinalibus, aut aliàs, vt præfertur qualificatis, eorumuè Officialibus, Agentibus, Factoribus, & Ministris, sub confiscationis bonorum, & feudorum, ac etiam excommunicationis latæ sententiæ pœna, directè, vel indirectè impediri possint, seù debeant, etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum eis concessorum, aut consuetudinum, vel etiam iuramentorum, quæ tanquam contra publicam vtilitatem inducta quoad hoc tollimus, & abrogamus.

9 Vt autem mercatores, & alij quicunque ad agros excolendos, artemq. agriculturæ exercendam eo magis alliciantur, & inuitentur, illos gratijs, & fauoribus prosequentes, omnia, & singula indulta, & priuilegia in fauorem artem prædictam exercentium, per Nos, & Prædecessores nostros quomodolibet hactenus concessa, quoad, ea quæ præsentibus non aduersantur, confirmamus, & approbamus.

10 Item omnibus Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, qui tàm in proprijs, quàm in alienis, & conductis terris, in Territorio, & districtu Vrbis, necnon Latij, Campaniæ, Maritimæq. Prouincijs agriculturam exercuerint, & se-

ſementem fecerint, ſingulis annis quibus pretium, & valor frumenti communiter in Vrbe, per ipſos Agricultores, & Mercatores vendendi à tempore meſſis, & recollectionis vſque ad kalend. Martij, cuiuslibet anni ſummam Iuliorum quinquaginta quinque in ſingula rubra non exceſſerit, quintam partem totius frumenti per ipſos eodem anno recollecti, deducto tamen ſemine ad quæuis loca, præter infidelium, & S.R.E. hoſtium terra, mariq. liberè extrahendi, & tranſportandi, ſeù extrahi, & tranſportari faciendi facultatem concedimus, & hoc etiam intelligi volumus de frumento, quod Domini, & Locatores tenutarum, ſeù terrarum à conductoribus receperint, quatenus tamen eorum tenutas, & terras ad frumenti recolligendi quotam, & non alias locauerint, & dummodo quota huiuſmodi quintam partem prædictam non excedat, ij autem qui aliter, quàm ad quotam tenutas, ſeù terras locauerint, huiuſmodi extractionis beneficio pro frumento ab eis exigendo frui minimè poſſint, dictæ autem extractionis licentia de menſe Martij cuiuslibet anni, & non prius concedi debeat à Congregatione prædicta, ac præcedente Chirographo à Nobis ſubſignato, ſolutis tamen prius Cameræ noſtræ Apoſtol cæ Iulijs quinque pro quolibet rubro extrahendo. Quòd ſi aliqui prædicti ob maris diſtantiam, ſeù alias quantitatem frumenti permiſſam extrahere nequiuerint, ſeù noluerint, facultatem, & priuilegium extractionis huiuſmodi alijs ad rationem Iuliorum quinque pro quolibet rubro vendere, ſeù cedere valeant. Si autem per Nos, vel Succeſſores noſtros, Cameramq. aut Annouæ Præfectos ex quauis cauſſa dictam licentiam impediri contigerit, teneatur ipſa Camera eiſdem Agricultoribus, ſeù Dominis tenutarum, ſeù terrarum, pro intereſſe dicti impedimenti ſummam Iuliorum ſex pro quolibet rubro ſoluere liberè, & abſque vlla prorſus exceptione, dummodo tamen totum eorum frumentum ad Vrbem conduxerint, ſeù licentiam obtinuerint illud extra Vrbem dimittendi ſub obligatione ad Vrbem conducendi, & data nota ſummæ, & loci vbi dictum frumentum repoſitum fuerit.

11 Ac eiſdem Agricultoribus Agriculturæ artem exercentibus, præterea de aliquo ſubuentionis auxilio prouidere volentes, quo faciliùs arti huiuſmodi incumbere, pecuniàsq. minori interuſurio habere valeant, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus dilectis filijs prouiſoribus ſacri Montis Pietatis Vrbis, eorumq. Miniſtris, ad quos ſpectat, per præſentes diſtrictius præcipiendo mandamus, vt cuilibet vero Agricultori vſque ad ſummam mille ſcutorum monetæ, ſeù aliam à Præfecto prædicto ordinandam, accepto eodem emolumento duorum pro centenario nomine meriti, ſeù aliàs ab alijs ratione expenſarum ſolui conſueto, & accepto idoneo, & ſufficienti pignore, alijsq. eiuſdem Montis legibus, & inſtitutis hactenus obſeruari ſolitis, adimpletis, & obſeruatis, debeat mutuare, de licentia tamen Præfecti Annonæ prædicti, & non aliter, & cum conditionibus, & clauſulis ab eo præſcriptis dummodo illæ Montem prædictũ maiori, quàm prædicto onere non afficiant, qui quidem Annonæ Præfectus antequam Agricultorem ad huiuſmodi commodum admittat, licentiamq. expediat, quantitatis laborerij, & qualitatis perſonæ rationem habebit, dictamq. licentiam oportunis temporibus tantùm, & pro ea ſumma, quæ ſibi videbitur neceſſaria, dummodo quantitatem mille ſcutorum prædictam non excedat, concedet; Summa autem mille ſcutorum prædicta de ordine ipſius Congregationis pro qualitate perſonæ, & laborerij eiuſdem Congregationis arbitrio, etiam vſque ad ſummam bis mille ſcutorum augeri poſſit, ſicq. in præmiſſis omni-

nibus &c. sublata &c. irritum &c.

12 Mandantes etiam Congregationi, & Deputatis prædictis, & eorum singulis, vt præsentes nostras literas, & in eis contenta quæcunque obseruent, & exequantur, & faciant ab alijs quantum in eis erit condigna pœnarum inflictarum animaduersione, alijsq. oportunis iuris, & facti remedijs, firmiter, & inuiolabiliter obseruari: Dantes eis in præmissis, & circa ea, plenam, & omnimodam facultatem, & potestatem.

13 Non obstantibus præmissis, necnon quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac illa etiam quatenus opus sit, eiusdem Pij IV. prædecessoris nostri de registrandis, ita vt præsentes absque alia in eadem Camera admissione, & registratione validæ sint, suumq. debitum sortiantur effectum, necnon Vrbis, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, & quauis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus, reformationibus, decretis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, alijsq. prædictis, & quibusuis à Sede prædicta, vel à Nobis forsan concessis, ac etiam confirmatis, approbatis, & innouatis, quæ eis quoad præmissa nolumus suffragari, & quibus omnibus, & singulis etiamsi &c. illorum tenores &c. pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice ad effectum præsentium dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè, ac latissimè derogamus, cęterisq. contrarijs quibuscunque.

14 Volumus etiam quod præsentium sola signatura sufficiat, etiam absque alia data, & registratura, regula quacunque contraria pariter non obstante.

15 Et nihilominus literæ in quauis forma expediri possint cum clausulis oportunis.

16 Præsentiumq. & literarum desuper forsan expediendarum transumptis etiã impressis, manu vnius ex Cameræ nostræ Apostolicæ Notarijs subscriptis, & sigillo alicuius ex Congregatione prædicta obsignatis, in iudicio, & extra plena fides adhibeatur.

Placet Motuproprio C.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vndecimo, Indictione nona, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pauli Papæ V. Anno septimo, die verò 19. mensis Octobris, supradicta Cedula motus proprij publicata, & affixa fuit in acie Campi Floræ, & alijs locis solitis, & consuetis, per me Io. Dominicum de Pace Curs.

Christoforus Fund. pro Mag. Curs.

DE-

DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE.

R. P. D. PENIA.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 1. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Statutū Agriculturæ cap.73. disponit, quòd Dominus tenimenti pro satisfactione affictus possit agere contra animalia quęcunque commorantia in tenimento.*

2 *Subconductor de Iure non tenetur nisi pro rata pro qua conduxit, sed vigore Statuti Agriculturæ tenetur integraliter num. 2.*

4 *Subconductor vigore Statuti Agriculturæ est obligatus pro affictu decurso ante eius subconductionem.*

5 *Statutum quãuis exorbitans à Iure communi est obseruan.*

DECISIO I.

LOCAVERAT Domina Flauia Nara de Gabriellibus tutrix Domini Antonij sui filij anno 1587 Honorio Trincio ad nouem annos casale nuncupatum Cornazzano pro annua pensione scut. 690. certis temporibus persoluendorum: dictus Honorius Trincius anno 1595. idem Casale sublocauerat dd Benedicto, & Hieronymo de Spinolis. Cum verò paulò post Honorius pręmente fortuna foro cessisset, & Dominus Antonius Gabriellius prætenderet ratione affictus remansisse creditor scut. 800. pro annis decursis vigore Statuti Artis Agriculturæ, *cap.73.* coram Consulibus eiusdem artis contra dd. Spinolas iudicium mouit pro consequen scutis 800. quæ Trincium priorem conductorem sibi debere prætendebat.

Cum autem in hoc iudicio DD. Spinolæ succubuissent, & DD. reuisores Consulum sententiam confirmassent, & Spinolæ prætenderent se grauatos, habito recursu ad Sanctissimum obtinuerunt iterum audiri ab Illustrissimo D. Senatore cum suffragio Rotæ: Itaq. dato dubio, An mandata, siuè sententiæ Consulum,

siuè Reuisorum Agriculturæ essent reuocañ, vel confirmañ ad effectum, de quo agebatur.

Rota cum duobus præsuppositis, quod Spinolæ subconduxerant à Trincio totum Casale, & quod D. Antonius Gabriellius sufficienter docuit de prætenso eius credito, sententiam, & mandatum Consulum Agriculturæ confirmañ censuit.

1 Quamuis enim agnouerit statutum nimis rigidum, & asperum, quatenus disposuit, licere Domino tenimenti pro satisfactione affictus, seù pensionis agere contra animalia pascentia, & commorantia, vel quomodocunque affidata, vel sata frumẽta in dicto tenimẽto †, & Consf. ad instantiã petentis debere d. animalia, vel segetes, & frumenta in tenimento locato existentia arrestari, seù remitti facere donec Domino tenimenti integraliter de eius credito ratione locatio-

2 nis, seù venditionis fuerit satisfactum quia de iure communi secundus conductor non tenetur nisi pro rata pro qua conduxit, † pro eaq. tantùm bona inuecta sunt obligata, *l. solutum §. solutam, vbi Bart. num. 8. Salic. nu. 6. & Aret. nu. 9. notat. 4. ff. de pign. act. Paul. de Castr. in l. si in lege, § si colonus, ff. locati. Gomez in § item Seruiana Inst. de act. nu. 5.*

3 Nihilominus verba statuti visa fuerunt Dominis adeò clara, vt non esset alijs subtilibus interpretationibus, quas commemorabant informantes pro Dominis de Spinolis, *l. ille aut ille, ff. de leg. 3. Aret. cons. 115. nu. 2. Natt. cons. 318. in princ. lib. 2.* statutum enim, animalia, vel segetes, & frumenta in tenimento locato existẽtia obligata esse vult, & arrestari debere, donec integraliter † Domino tenimenti de suo credito fuerit satisfactum, dum enim integraliter satisfieri iubet, omnem diminutionem excludit, quam vigore iuris communis prætendere possent subconductores, *l. penales, § fin. ff. ad l falcid. Paris cons. 93. num. 41. lib. 2. Ruin. cons. 65. nu. 6. lib. 1.*

4 Neque enim placuit intellectus indicatus per informantes pro Dominis de Spinolis, quod statutum deberet intelligi solùm pro eo tempore, quo subconductor possidet Casale, seù tenimentum, tùm quia statutum loquens generaliter, & indistinctè, & consequenter, cum generaliter sit non est restringendum ad illum casum tantùm, *l. 1. § generaliter, ff. de leg præst.* tùm etiam quia statutum hoc modo intellectum esset elusorium, nam si conductor sublocauit tenimentum pro toto tẽpore, non est dubium quin subconductor teneatur † ad solutionem pensionis pro toto tempore.

Argumentum ex obseruantia Statuti subsequuta, vt pro toto tempore afflictus secundus cõductor teneatur Domino tenimenti, si fuisset probata, difficultatem omnem sustulisset, quanquam ex prædictis apparebat non oportuisse probari obseruantia, quia verba statuti sunt clara.

Et quamuis statutum sit exorbitans à iure communi, nihilominus est seruandum, † maximè cum fuerit à Sũmo Pontifice confirmatum cum prædictis tamen

5 præsuppositis, quod totum tenimentum, seù Casale sublocetur, & Dominus tenimenti de suo credito sufficienter docere teneatur. Iniquum enim est, vt quando pars tenimenti sublocaretur, quod subconductor ad pensiones totius tenimenti decursas teneretur. Et quod Dominus tenimenti non teneretur de suo credito sufficienter docere, cum inde possent fraudes, collusiones oriri.

R.P.D.

R. P. D. PENIA.

Romana affictus Casalis.

Lunæ 13. Martij 1606.

SVMMARIVM.

Subconductor Casalis non tenetur, nisi pro ea parte, quam subconduxit, Statutum Agriculturæ cap. 73. declaratur.

DECISIO II.

DOminus Carolus de Maximis anno 1602. locauit ad nouem annos omnes fructus Petro Angelo Dulcio casale nuncupatum Porcareccia pro scutis 1040. Anno 1603. Petrus Angelus conductor vendidit Francisco Caluo herbas æstiuas dicti Casalis per triennium proximum pro scutis 60. quolibet anno: Franciscus Caluus pasculauit prædictas herbas anno 1603. & pro reliquis duobus annis 1604. & 1605. eas retrouendidit, & retrocessit Andreæ Nerio, & Io. Iacobo Ligio pro eisdem scutis 60.

Interim Petrus Angelus conductor totius Casalis, & respectiuè venditor dictarum herbarum æstiuatum foro cessit, & D. Carolus creditor Petri Angeli in duobus terminis prædicti affictus à Consulibus Agriculturæ vigore Statuti 73. eiusdem artis obtinuit arrestum contra animalia Andreæ, & Io. Iacobi in dicti Casali pascentia. Cęterum quia articulus videbatur dubius, & exemplaris, & dubitabatur vtrum in hoc casu haberet locum diuisio aliàs coram me in simili causa facta in vna *Romana pecuniaria die 1. Iulij 1598.* Iudex, & partes declarationem Rotæ postulauerunt. Vndè proposito dubio, An esset locus Statuto. Rota vtraque parte informante, non esse locum censuit, nisi pro ratæ portionis sublocatæ, ratio potissimà Decisionis fuit quia cum Andreas, & Io. Iacobus non essent subconductores totius Casalis, sed modicæ tantùm partis, nempè herbarum æstiuarum duorum annorum, consequenter non tenebatur Domino Carolo locatori pro affictu debito à primo conductore sublocante, sed tantùm pro rata temporis, & partis secundæ conductionis, seù venditionis ac pretij illius, *§. solutum, vbi Bart. num. 8. vers. sed textus hic in fin. Salic. nu. 6. ff. de pign. act. Menoch. de adipiscen. remed. 3. nu. 100. Negusan. tract. de pignor. membr. 4. par. 2. nu. 136. vers. intellige tamen*, quod cum sine difficultate procederet de iure communi difficultas reducebatur ad prædictum statutum Agriculturæ c 73. quod Rota censuit non obstare Andreæ, & Io. Iacobo, quia loquitur quando sublocatio, vel secunda venditio fit de omnibus fructibus, & de toto Casali, non autem quando sublocatur aliqua pars, quia quando conductor sublocauit partem Casalis, vel tenimenti, subconductor non tenetur pro affictu maturato ante subconductionem, tùm quia si id inducere voluissent statuentes, expressissent, *Bald. l. illam nu 1. in princ. C. de collat.* tùm quia statutum tantùm disponit, quantum loquitur *Dec. cons. 669. nu. 6. & seqq. Gratus cons. 82. num. 13. lib. 2. Socc. Senior. cons. 33. n. 8. lib. 1.*

&

& hunc intellectum tenuit Rota coram me in simili causa, die 1. Iuly 1598.

Idem videbatur Dominis clarè colligi ex serie, & verbis eiusdem statuti, vbi: *qui dictos fructus, vel tenimentum alteri locauerit*. Dicto enim, *dictos*, repetit præcedentia cum suis qualitatibus, *Bart. in l. si quis seruum, §. fin. n. 1. ff de leg. 1. Roland. cons. 74. nu. 31. lib. 4. Aldobrandin. cons. 31 nu. 19.* vndè cum ante statutum fuerit loquutum de toto tenimento in sublocatione dispositionem repetiuit respectu totius tenimenti.

Et rursus ibi, *& liceat Domino tenimenti agere contra animalia pascentia, sata frumenta in dicto tenimento*; nam ponderando relatiuum, *dictor*, & *dicto* quod est repetitiuum cum omnibus suis qualitatibus, consequenter infertur statutum procedere, quando subconductio fuit facta de toto tenimento, aliàs enim statutum esset valdè exorbitans à iure communi; & ideò ne iniquitatem contineat, quod contingeret si vnus solueret pro alio, strictè debet intelligi, *Soccin. Iun. cons. 9. nu. 3. & 4. lib. 1.*

Nec refert, quòd statutum mandet integraliter satisfieri locatori, quia intelligitur retentis eisdem terminis, quando subcōductor conduxit totum tenimentum locatum.

Postremò non suffragabatur D. Carolo idem statutum, dum disponit, quòd locator pro satisfactione integræ mercedis possit agere contra animalia quomodocunque affidata, quia debet intelligi, quòd subconductor successit in toto tenimento. & subconductio est de ead. quantitate, & specie locata, aliàs enim iniquum esset, vt quando pars tenimenti sublocaretur, subconductor teneretur ad pensiones totius tenimenti decursas, vt Rota considerauit in prædicta Decis. facta sup. intellectu eiusdem statuti.

R.P.D. MARQVEMONTIO.

Romana Affictus.

Lunę 20. Nouembris 1606.

SVMMARIVM.

1 *Conductor potest rem conductam alteri sublocare*

2 *Locator patientiam præstare debet, vt subconductor re conducta vti possit.*

3 *Subconductor soluto affictu, facit fructus suos.*

4 *Locator potest actione personali conuenire conductores.*

5 *Subconductor non tenetur, nisi pro rata parte subconducta.*

6 *Locator non potest reseruare aliquā hypothecam super fructibus, nisi pro rata rei subconductæ.*

7 *Hypotheca est accessoria personalis actionis.*

8 *Bona illata, & inuecta sunt tacitè hypothecata pro pensione.*

9 *Quod intelligendum est pro rata portione subconducta.*

10 Sta-

10 *Statutum Agriculturæ mandans, quod subconductor teneatur pro subconductore ad fauorem Domini intelligitur pro rata subconducta.*
11 *Reseruatio hypothecæ intelligitur respectu anteriorum creditorum.*
12 *Dictio nisi, operatur consensus in eo casu.*
13 *Diuisio obligationis dicitur facta quando quis habet obligationem in totum ad sui fauorem, & petit partem tantum.*
14 *Statutum deuians à Iure communi strictè est intelligendum.*
15 *Statutum Agriculturæ, quòd Socius teneatur pro Socio intelligendum est quando alius nomine suo, & Sociorum absentium contraxerat.*

DECISIO III.

1 FVit conclusum DD. Iulium, & Fabium soluendo tertiam partē affictus, posse liberè percipere, ac consequi tertiam partem fructuum †; ratio fuit quia bonorum locatorum tertia pars fuit per conductorem sublocata DD. Iulio, & Fabio, quod fieri potuerit, tàm ex iuris dispositione, *l. nemo, C. de locat.*
2 quàm vigore pacti per conductores initi cum D. Franciotto † qui propterea patientiam præstare debet, vt subconductores re subconducta vti possint, *l. si sibi, & sequenti, ff. locat. Bart. in l. Modestinus, nu. 1. ff. solut.* possintq. soluto affictu, qui debetur propter fructuum perceptionem. *Bart. in l. fin. ff de*
3 *iure fisc. in fin. Salicet. in l. licet sub nu. 2. C. locat.* † fructus percipere, & facere suos, *Bart. in l. si seruus, §. locaui in fin. ff. de furt.* cumq. in subconductione dd. Iulius, & Fabius se obstrinxerint de soluendo ipsi D. Franciotto
4 sicut D. Franciottus † illos actione personali conuenire potest, *l. fideiussor in in princ. & ibi Bart. de fideiuss.* ità etiam cum se obligauerint tantùm pro tertia parte non aliter nec alio modo illa personalis actio non potest aduersus
5 eos dirigi † nisi pro dicta tertia parte, quandoquidem alias tenerentur vltra quam se obligarunt contra *l. legem, C. locat.* & pro aliorum portione contra
6 *l. diuisa, C. eodem,* & per consequens † nec etiam potest D. Franciottus contra eos vt aliqua reseruatione hypothecæ super fructibus nisi pro dicta tertia
7 parte, cum † hypotheca sit accessoria actionis personalis, *l. 1 in fin. C. commun. delegat. l. fideiussor obligari, & ibi DD. ff. de fideiuss. Socc.* Iun. *cons. 20. nu. 7. lib. 2.* Romana *de Magdalenis 10. Maij 1574. coram bon. mem. Rubeo.*
8 Sic licèt receptum sit, vt bona illata à subconductore sint obligata D. pro pensione illa debita à principali conductore, *l. si in l. §. Colonus, ff. de locat* id
9 tamen intelligitur † pro rata tantùm, & portione, qua subconductor sub conduxit, *l. solutam, ff. de pignor. act. & ibi Bart. nu. 8. & Salic. nu. 8. Neguss. de pignor. 4. membr. 2. part. nu. 136. Rebuff. cons. 157. & facit dec. in* Romana *affictus Casalis Lunæ 13. Martij præteriti coram R. P. D. Decano*, in qua fuit conclusum, statutum 73. artis Agriculturæ, quod vult subconductores te-
10 neri ad fauorem DD. † intelligi deberi pro rata temporis, & fructuum, quos percepit subconductor.

Non obstat pactum reseruationis hypothecæ, nam vltra quod videtur potius
11 appositum respectu anteriorum creditorum conductoris † vt in hac caussa iam fuit dictum Veneris 23. Iunij proximi præteriti adhuc intelligendum est in persona Vincentij conductoris, vt quoad omnes fructus pro qualibet parte affictus non soluta, essent obligati, secus verò quoad subconductores alicuius

partis,

partis, stante consensu ipsius D. Franciotti, qui satis colligitur vigore electio-
12 nis in ea apposita in illa clausula, quod Vincentius non possit sublocare, † nisi facit obligare subconductores, *Ias. in l. actione, nu. 1. C. de transact.* ibi quæ add. ex quo consensu sublocandi, sequitur etiam consensus, quod obligatio alias indiuidua in primo conductore esset diuidua in subconductoribus.

Nec facit, quod dicitur illud capitulum de sublocando fuisse appositum ad maiorem cautelam locationis, ideòq. nec deberi contra eum operari, pro vt cótingeret si diuideretur pactum reseruationis dominij, & hypothecæ nam responsio patet ex verbis eiusdē capituli vbi sublocatio sub condicione restricta est ad solutionem ipsorum affictus, & expresè additur, quod firma nihilominus remaneat obligatio Vincentij conductoris, & eius fideiussorum, voluit quippè locator habere plures obligatos nempè subconductores pro parte affictus subconductorum, & Vincentium conductorem pro toto affictu.

Atque ità sensisse contrahentes apparet, ex quo ipse D. locator, siue procurator eius nomine egit contra istos subconductores pro tertia parte affictus iuxta eorum obligationem, ex quo etiā resultat, quòd quatenus dicta reseruatio in omnibus fructibus esset expressa etiam in casu sublocationis tamen ex quo egit pro tertia parte videtur omisso remedio generali reseruationis confugisse ad remedium particulare sublocationis, & illos conuenisse non tanquam habentes causam à Vincentio Conductore, sed à se ipso in vim facultatis promissæ de sublocañ partē. & cōsequēter voluisse facere diuisionē, *iuxta notat. per gloss in*
13 *l. si diuisa, C. de locat.* † ita vt non possit amplius pro ea parte pro qua habuit affictū inhærere fructibus, *Afflict. decis. 142. Cott. in memor. in vers. creditor habere plures debitores Beninten. decis. 81. nu. 6.*

Denique non obstat statutum agricult. capit 39. quod socij teneantur in solidum, nam vltra quod ex hoc subconductores tenerentur tantùm condictione ex statuto, & non actione ex stipulatu sicq. non intrarent cautelæ nec etiā haberent locum quoad terminos solutos ex supradictis. Respondetur etiam
14 quod † statutum vti deuians à iure communi strictè debet intelligi, quando Dominus cōtrahit ab initio, cū socijs, voluitq. illos vti tales obligare, nec refert quod statutum subdat, *licet non omnes interuenerint in emptione, & locatio-*
15 *ne*, quia intelligendum quando alius nomine suo, & sociorum absentium contraxerat, hìc autem D. Franciottus nequaquam cogitauit de socijs, sed conuentio fuit facta de subconductoribus ideòq. nihil refert quomodo inter se conductor, & subconductores vocentur, subconductores autem tantùm teneri pro ea parte, pro qua sunt obligati, vt est *tex. in d. l. solutum, §. solutam ff. de pignor. act. vbi tradit Bart.* & habetur copiosè in præfata decisione in causa Romana affictus coram R. P. D. meo Decano.

I N-

INDEX RERVM NOTABILIVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

X nis,

B

C

Dam-

D

E

Exa-

F

G

H

Iu-

Pro-

T

V

LAVS DEO.

REGESTVM.

† A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y.

Omnia sunt folia integra.

ROMÆ.
Ex Typographia Reu.Cam.Apostolicæ. M.DC.XXVII.
SVPERIORVM PERMISSV.